



Digitized by the Internet Archive  
in 2017 with funding from  
Getty Research Institute

<https://archive.org/details/adpendiculaalter00khel>

ADPENDICULA ALTERA  
AD  
**NVMISMATA GRÆCA**  
POPVLORVM ET VRBIVM

A

JACOBO GESNERO  
TABVLIS ÆNEIS REPRÆSENTATA.

AUTORE  
JOSEPHO KHELL E S. J.

*In Conlegio Regio Theresiano*

Bibliothecæ Garellianæ, & Rei Antiquariæ Docendæ

PRÆFECTO.

---

VINDOBONÆ,  
TYPIS, JOANNIS THOMÆ DE TRATTNER,  
AULÆ TYPOGR. ET BIBLIOPOLÆ.

---


CLOCCCLXIV.

ANNE BOLEYN  
QUEEN OF ENGLAND  
1496-1536

BY  
JOHN LEWIS  
1870

THE  
LADY  
IN  
THE  
COURT  
OF  
KING  
HENRY  
VIII  
1533

THE  
LADY  
IN  
THE  
COURT  
OF  
KING  
HENRY  
VIII  
1533



## LECTORI.

**J**ucundissima mihi obvenit occasio rei numariorae limites proferendi, trium supra viginti numeros urbium sine capite regis, vel imperatoris percussos, neque haetenus ab ullo, quod sciam, descriptos tibi fisto, lector antiquarie, atque hos inter aliquot, quorum urbes nunquam adhuc in moneta aliqua legebantur, depromti sunt cum ex Ilgneriano, tum meo potissimum museo praeter eos, quos ad conjecturas firmandas, & explicationem inlustrandam depictedos liberalissime subpedi.

tavit incomparabilis Marchio Antonius Savor-gnanus.

Opusculum hoc adpendiculæ alterius ad Ges-  
neri cælatas tabellas nomine alteri huic Haymii  
tomo adjeci, ut editionem primi quam maxime  
æquaret, id tamen diversi hic est, prior illa C.  
Christiani ita, ut ipse in præfatione singulari ex  
modestia indicat, comparata erat, ut ab Haymii  
opere separari posset, id quod mea hæc non pati-  
tur, quæ enim adnotationes ad Haymium nimis  
longas effecissent, ut de numo, quem pro Carrhis  
Mesopotamiæ Carthææ restituo, tum de Ponticis,  
huc trajeci. Adduntur etiam ad calcem numi igno-  
ti exemplo nobilissimi mei discipuli.

Acuebant laborem meum plurimum duo: pri-  
mum quidem, quia optabam, ut quam citissime  
fieri posset, felicitatem meam, qua urbes aliquas  
atque

atque has inter Carthæam, & quosdam Cnossiorum numos ex tenebris primus protraxi, eruditis significarem; alterum erat indicium mihi a Cl. Barthelemy regiæ Parisiis gazæ præfecto factum, cum singulari liberalitate mihi librum: *Recueil de Medaill les des Rois, qui n'ont point encore été publiées, ou qui sont peu connues,* qui eodem, quo C. Cristiani, anno Parisiis prodiverat, misisset, scilicet eosdem, qui ex museo D. Pellerin, hunc enim sub anonymo latere, pene certus sum, reges ediderant, jam in urbium monetis defudare, metuebam nempe, ne in tanto numero, millesimum enim superaturos numos adnunciabatur, mihi inventionis gloria præriperetur.

Hucusque perducta præfatio autumno anni superioris, quo editio, si per me stetisset, perfecta fuisset, conveniebat; verum tres tomii Parisiis ita

absoluti fuerant, ut lapsa hieme iam exemplum  
Viennæ viderim, quibus oculis, quo animo, opti-  
me conjicies lector benevole, erepta erat Carthæa  
cum Ponticis, atque aliis quibusdam, ut adeo id  
solum solatii fuerit, me cum eruditis illis viris eo-  
dem tempore eadem cogitasse, & præterea, cum  
Galli autores, ut vix aliter in tanto numero fie-  
ri poterat, perbreves sint, atque plerumque nu-  
mi indicio contenti, mihi signorum explicationem,  
observationesque alias singulares relictas fuisse, sed  
de his ad finem adpendiculæ pluribus; si fatis meis  
condolueris, si de gemino solatio etiam fueris gra-  
tulatus, te amabo, Vale.





## ADRAMYTENORUM.

**C**aput Apollinis laureatum ) ( ΑΔΡΑΜΥΤ -- ΤΗΝΩΝ.  
*Adramyttenorum. Cornu copiæ inter pileos Dioscurorum. Ex museo meo: Tab. I. N. 1.*

Numi Adramyttei Mysiae minoris oppidi ( ita enim scribendum esse nomen volentibus, & invitatis grammaticis numismata conprobant ) tam rari sunt, ut imperiales seu a Vaillantio , seu ab Harduino indicatos , vel postea a Theupoli editos in digitis adumeres: sine imperatoris capite vero aliud productum hactenus non noverim. Typus ipse aversæ partis id singulare habet, quod vel tacentibus geographis, & historicis quemadmodum Phœnicis urbes, situm suum ad mare, quem in signis imperialium numerorum frustra quæsiveris, Dioscurorum religione, & consecutam inde per commercia opulentiam luculenter indicet.

Et

Et sane magnis emporiis se comparare potuisse Adramytteum ex Strabone deducitur, qui, cum docuisset, totam maris oram a Lecto ad Canas, comprehenso Elaitico, sinum Adramyttenum dictum fuisse, subjicit *Lib. XIII. pag. 606.* Ιδίως μέν τοι φασὶ τοῖσιν Αδραμυττινὸν τὸν χλεύθυμενον ὑπὸ ταῦτης τε τῆς ἄκρας, ἐφ' ἦ τὰ Γάργαρα, καὶ τῆς Πυρρᾶς ἄκρας. Proprie autem Adramyttenum sinum dicunt, qui promontorio, cui insident Gargara, ἐπὶ αὐτῷ Pyrrha clauditur; neve quis dimensionem desideret, sequitur ejusdem adcuratissimi geographi verbis: Πλάτος δὲ τοῖς σόματος ἐστιν ἀπὸ τῆς ἄκρας ἐπὶ τὴν ἄκραν διαρρα εἴλον καὶ εἴσοι σαδίων. Latitudooris inter utrumque promontorium trajectu stadiorum CXX. est emetienda. Urbis antiquitas satis inde liquet, quod a Lydis conditam adfirmat idem *Ibid. pag. 613.* non sine præclaro argumento: Καὶ νῦν πτέλαι Λύδαι καλεῦται ἐν Αδραμυττίῳ, Λυδῶν, ὡς φασὶ τὴν πόλιν ἐκτινασθεντινον. Quia etiam Adramyttei portae aliquæ Lydiæ nominantur, a Lydis nempe, ut fama est, oppidi conditoribus. Stephanus etiam ex Aristotelis politicis Adramyten Crœsi fratrem conditorem prodit.

Id non adsequor, unde Strabo hauerit, Atheniensium coloniam fuisse, neque duce, neque Olympiade designata; illud vero mihi prope certum, posterioribus rei publicæ temporibus id evenire debuisse, quamvis enim vieto Mardonio Græci eam oram obtinuissent, non arbitrator tamen ita Atheniensibus frequentatum fuisse Adramytteum, ut colonia hujus populi dici potuerit, neque enim in animum inducere possim, Delios insula sua Olympiadis LXXXIX. anno II. ab Atheniensibus, teste Thucydide, & Diodoro Siculo pulsos, illuc aut conmigrare voluisse,

luisse, aut Athenienses ipsos id passuros fuisse, postremi rationem reddo ex Diodoro *L. XII. pag. 121.*

Etsi enim Thucydides *L. VIII. initio*, eos ob veteris cujusdam piaculi maculam velut indignos, qui deo cohabitarent, submotos scribit, diversam adfert Siculus: Αθηναῖοι τοῖς Δηλίοις ἐγναλέντες, ὅτι λάθρᾳ πρὸς Λακεδαιμονίους συντίθενται συμμαχίαν, ἐξέβαλον ἀπέκτεινται τῆς νήσου. Athenienses Delios adcusatatos clanculariæ cum Spartanis initæ societatis insula expulerunt. Adcedit, ex iis, quæ apud utrumque historicum subjiciuntur, confici, Adramytteum Persis tum rursus paruisse, ita enim Diodorus: Τοῖς δὲ επεσθέσι Δηλίοις Φαρνάκης ὁ σύραπτης ἐδωκεν ὅπερι πόλιν Ατραμύτιον. Deliis vero ejectis Pharnaces satrapa Atramyttium incolendam dedit.

Ut mari late nomen suum indidit, ita nec terra arctis limitibus oppidi nostri potentia erat circumscripta, nec suo ipsum splendore carebat; hoc satis ostendit cum Strabonis laudati testimonium, quo illud urbibus ἀξιολόγοις commemoratione dignis adnumerat *pag. 614.* portu enim, & navium statione inlustrem iam dixerat *pag. 606.* tum Ομήνιοι cum Ephesiis inita, ut discimus ex nummo Caracallæ maximæ formæ in museo Theupoli; illud vero paullo superius *pag. 612.* idem conprobat, ubi, cum campi Thebes mentionem fecisset, de sua ætate scribens: Εχεστι δέ, ait, νῦν Αδραμυττινοὶ τὸ πλέον. Hodie vero Adramyteni majorem partem obtinent. Late hunc agrum patuisse liquet, quia præter Thebam, & Lyrneßum tum quidem desertas, quarum illa LX, hæc X XC stadiis Adramytteo distabat, Cillam etiam, & Chrysam comprehenderat.

Sua sponte hic se dat occasio de antica numi parte aliquid differendi, Smnithei Apollinis caput satis cum ea Myfiæ parte, atque situ urbis consentit; non de illo ad Alexandream coloniam, atque ad Hamaxitum sito templo loquor, in quo opera Scopæ Parii signum Apollinis pede murem prementis prostabat, vicinior Adramytteo altera est Chrysa, de qua superius, atque magis domesticus Apollo, de quo idem geographus pag. 605. Τοῖς δὲ Ομηρού μᾶλλον ἐπεστι συμφωνεῖ τὰ ἐν τῷ Θίβῃ πεδίῳ, καὶ τῇ ἀυτῷ Χρύσῃ ιδρυμένῃ πόλει δεινώνεντα ἵχνα. Homeri versibus magis consentiunt vestigia, quæ in Thebes campo, atque ibi posita Chrysa ostenduntur, de hac pag. 612. ita noster: ἡ δὲ Χρύσα ἐπὶ Θαλάτῃ πολίχριον - - - - ἐνταῦθα δὲ ἦν καὶ τὸ ιερὸν τῆς Σμινθέως Απόλλωνος. Chrysa oppidum fuit ad mare situm - - - - ibi Smnithei Apollinis erat delubrum. Ceterum si quis Cilleum Apollinem ex vicinia mavelit, non repugnabo, quia ipse de hoc loquens Strabo loco indicato: Αδηλον, ἔπειτα τὸν ἀυτὸν τῷ Σμινθέᾳ, ἐιδέλερον. Incerium, idemne sit cum Smnitheo, an aliud ab eo.

Duo ad extremum monenda censui, primum: sciptorem musei Theupoli turpi admodum lapsu numum Commodi in aversa ita inscriptum: **AΔPAM. MHTP. NEOK. ΠΡ. ΠΟΝΤ. ΕΤ. ΡΠΘ.** Adramytteo nostro attribuisse, quis enim unquam Pontum ad Myfiam usque extendit? Liquet sane, initium epigraphes ita dividendum esse: **AΔP. AM.** nempe *Hadriana, Amasia, Metropolis, Aeditua, Prima Ponti, Anno CLXXXIX.* qui ipse numius Frœlichii conjecturam ex numo Hadriani captam Quat. Tent. pag. 174. contra Vaillantium rursus conprobat, æram Amaseæ ab anno V. C. 744, aut ut in Nolit. Elem. pag. 43. anno 745. circi-

circiter inchoandam esse, etenim si initio Vaillantii 743. adjicias numi numerum, 189, annum Amafenum in autumno 932 finientem obtinebis, quo M. Aurelius adhuc vivebat; ubi Frœlichiano exordio 744 cum anno Commodi primo 933 quam optime congruit.

Alterum est, mirari me satis non posse, Stephani præcepta de orthographia nominis Adramyttei tam male cum numis consentire, dum habet: ἀλλὰ καὶ δὸς ἐνος Τ, οὐαν ἔχη διφθογγον, καὶ διὰ δύο τῶν Ι μόνως. *Enim vero cum simplici Τ scribi, dum diphthongum, cum duobus, dum Ι solum habet.* Numi siquidem omnes ante meum editi inscriptionem præferunt: **ΑΔΡΑΜΤΤΗΝΩΝ**, quod gentile consentiente ipso grammatico non nisi a recto **Αδραμυττείων** derivari potest; nec præsidium est a numo, quem exhibeo, præterquam enim quod scimus, veteres in publicis monumentis multum adcuratos fuisse, ex dimensione spatii satis tuto conjicitur, oram numi non cepisse literam Τ, quæ Υ conseqüebatur.

## AEGIENSUM.

I. ΑΙΓΙΕΩΝ *Ægiensum* Caput bacchantis hedera coronatum. ΘΕΟΞΙΟΣ. ΚΛΗΤΑΙΟΣ *Theoxius Cletæus*. Aquila stans. Tab. I. N. 2.

II. De epigraphe agam inferius; caput barbatum pileo aliquo tectum ΧΑΙΓΙΟΝ. Caput muliebre turritum. Tab. I. N. 3.

Non mediocrem apud antiquarios gratiam me consecuturum spero duobus *Ægiensium* numis exhibitis, idque eo magis, quod horum primus unici hactenus editi ænei lectionem corrigit, alter novam forsan eruditionem adfert. Unicus, cuius memini, æneus (neque enim moror argenteos singulos a Cl. Sigefr. Bayero *T. V. Comm. Petrop.* pag. 361. & ab Inl. Musellio *Tab. I. N. 5.* propositos, aut alterum Harduini metalli incerti) indicatur a diligentissimo Gesnero ex observationibus Begeri, verum erravit scalptarum iconum conlector, dum eum museo Brandenburgico adtribuit, neque enim quidquid libello hoc titulo : *Observationes, & conjecturæ in numismata quædam antiqua Et c. Coloniæ Brandenburgicæ* cīcīxci. continetur, Begeri est, duas præterea Inl. Spanhemii epistolas complectitur, atque priorem longiusculam, in qua inlustrissimus autor in hæc verba: *Quæ utique egregie illustrat - - - insignis ac rarus admodum cimeliarchii Gallorum regii, cuius ectypum forte inter schedas meas opportune reperio.*

Descriptum deinde numum, atque cælatum etiam fit, ut a Gesnero depictus fuerat: antica scilicet caput Jovis laureatum præfert, cum eadem, quæ in præsente est, epigraphe; postica eundem Jovem inberbem puerili ætate, divaricatis cruribus stantem, dextra fulmen, finistra aquilam gerentem exhibit, inscriptionem ita legit: ΘΕΟΞΙΟΣ ΚΡΗΤΑΙΟΣ, quæ ex minus conservato numero hausta lectio mirum quantum virum eruditissimum tortit; ad Doricam dialectum aliasque literarum mutationes confugiendum erat, ut deum deorum ex ΘΕΟΣ & ΣΙΟΣ; Jovem crescentem ab ἀξειν & ἀξειν; aut ab ὁξύειν iratum, ultorem extunderet.

Nec

Nec minus laboravit, ut adpositum ΚΡΗΤΑΙΟΣ cum Ægiensi moneta conciliaret; hac omni molestia illum liberasset elegans hic musei mei numulus, in quo certissime inscriptum est, ΚΛΗΤΑΙΟΣ, quam lectionem error Cl. Arrigonii etiam confirmat, qui ex suo museo *Tab. I. N. 7.* geminum Spanhemiano numum protulit, in quo: ΘΕΟΣ. ΚΑΝΤΑΙΟΣ. sibi videre videbatur; norunt experti, Λ facile cum Α, Η cum Ν permutari posse in numo minus integro, ut adeo quæ Jovis habebantur cognomina, unius, aut duorum urbis archontum sint nomina, in quod postremum inclinaret numus Hadriani: APICTOΔAMOC. Α. inscriptus, nisi ex Muselliano suspicio Bayeri confirmaretur per nimiam his in rebus lubidinem Harduinum Α. ex consueto Achæorum monogrammate abstraxisse.

Quod signa utriusque partis adtinet, Spanhemii numo meus multum præstat, ut enim de pulcerrima cælatura nihil conmemorem, unum Jovis cultum, et si sub diversis signis ille nos docuit, quem ipsum in præsentis parte averfa signata aquila satis declarat, hanc enim seu Jovi Homagyrio adstituas, seu Jovi puero in manum tradas, seu ad utrumque referas, tantundem est; De alia apud Ægienses religione numi antica nos commonefacit, Liberi nempe; ejus ad theatrum ædem fuisse, scribit Pausanias in *Achaic. c. 23.* Διονύσιος δὲ πρὸς τῷ Δεύτερῳ πεποίησαι σφιστῷ ιερῷ. Bacchæ caput signatum esse, primum quidem indicavi, a fluentibus capillis potissimum persuasus, nequam vero repugnavero, si quis pro Baccho ipso pronunciandum censet, cum laudatus autor continuo subjiciat:

*Kai ἄγαλμα ἐν ἔχον πω γένεια. Signum (eo in templo profans) ore fuisse impubere.*

## II.

Ectypon alterius eodem in Achaico oppido percusse monetæ cum aliis pluribus debeo Inlustrissimi Marchionis Antonii Savorgnani benevolentiae, qua ex ditissimo suo gazophylacio quidquid ad antiquariæ rei limites proferendos facere potest, identidem mihi subpeditat. Anticæ partis lectionem huc distuli; Erat, qui a dextra exorsus BEΛΙΝΗΜΙΟ adjecto Σ. Jovis cognomen arbitrabatur, verum ab istiusmodi conjectura me cum recens vestigium operæ ab Inl. Spanhemio in ΘΕΟΣΙΟΣ perditæ, tum alia non pauca abstinuerunt: atque primum illud: in omnibus his cognominibus vel loci, ubi cultus erat, vel radicis alicujus Græcæ indicium elucere, quorum neutrum hocce in vocabulo deprehenditur: deinde, ut nihil dicam, caput parum admodum Jovem spirare, pro Σ sane sufficiens fuisset spatium, cuius tamen forte extriti ne minima suspicio indicatur: denique vix unquam observabitur, scalptores monetarios eodem in numo a diverso latere anticæ & posticæ epigraphes initium duxisse.

Quare, cum in postica parte absque dubio lectio ab sinistra, seu ab humero, more fere solito, incipienda sit, etiam adversæ partis inscriptionem HMIOΒΕΛΙΝ legendam censui, cui in aversa ΑΙΓΙΟΝ. ita responderet, ut *semiobolum Έγένεστι* denique haberemus. ΑΙΓΙΟΝ κηλικῶς hic adhibitum, persuasit civitatis mos, cuius nomen quemadmodum numis inscriptum non vidi, ita gentile ΑΙΓΙ-

**ΓΙΕΩΝ** usitatum fuisse observavimus superius ; fateor , magis me hæfisse ad insolentem inflexionem : **Ημίθελν** , nempe an diale<sup>c</sup>to mihi ignotæ , an monetarii cælatoris lapsui tribuerem dubitavi , verum mox erexit an num **ΑΣΣΑΠΙΝ** . **ΗΜΙΣΤ.** , quod inter Chiorum numos musei Theupoli reperi , præfertim cum ab Inl. Savorgnano edetus essem , nequaquam typographi errore O omissum , sed eandem omnino epigraphen numum ipsum præferre .

Bis eadem in vocale , diversis in urbibus , **σφάλμα** cælatorum tam simile accidisse , quia tam facile non persuadebitur , morem Græcorum pene arguerem fuisse , quædam diminutiva , ut dicimus , ita saltem in vulgari sermone proferendi , quo factum fuerit , ut in eadem urbe Chio , quod infra mox ostendam , & **ΗΜΙΑΣΣΑΠΙΟΝ** , & **ΑΣΣΑΠΙΝ** . **ΗΜΙΣΤ.** in ære publico videamus , etsi in tribus monetis : **ΑΣΣΑΠΙΟΝ** inscriptis nuspian O desideretur .

His ita constitutis nihil antiquius habui , quam ut a patrono nobilissimo Savorgnano peterem , velit , non solum Ægiensem semiobolum ad libram Norinbergensem exigere , verum etiam obolum Chium musei Theupoli , tum omnes assiorum species seu in laudata , seu in propria gaza adservatas eadem bilance expendere , expensorumque numerorum pondera ad me transmittere ; ad assaria usque mea industria se extendit , quia cum viderem obolum Chium molis ejusdem cum numo : **ΑΣΣΑΡΙΑ ΤΡΙΑ** . inscripto in Theopoliano indicari , suspicari cœpi , forsitan nec pondus admodum variare , posseque hac ratione cum oboli , tum semioboli certiorem aliquam rationem inveniri ,

ad

ad quod etiam magis incitabar, quia neminem sciebam, qui hoc modo in pecunia Græca ænea, eaque minima versatus, de re numaria bene fuisse meritus.

Dum hæc Venetiis agerentur, ipse quotquot Vienæ, aut in vicinia ejuscemodi numos tractare poteram, diligenter non solum expendi, sed scriptores etiam de valore, & partibus pecuniae Græcae æneæ, seu qui in thesauro Grævii collecti, seu qui singularibus libris sunt editi, non parvo labore pervolvi, atque utinam fructu majore; cuius causa potissimum, quia fere omnes superiore seculo modum aliquem differendi tam varia rerum multitudine confusum adsumserant, ut apta hic mihi videatur nostri Cevæ *in silvis* carmine: *Sommia. v. 60, & seqq. comparatio:*

*Qualia murorum in limbis descripta videmus:  
In quibus interdum gryphi de vertice natum  
Conspicimus florem, cui stans in culmine Siren  
Ædiculam manibus gestat, quam tænia longa  
Adligat, atque hanc adprensam grus sustinet ungue,  
Cui rostrum in frutices & baccas, cristaque in uvas  
Definit.*

Nempe constipantur veterum autorum testimonia, quin saepe advertatur, quo tempore, quave in regione scripsierint; multis hinc inde quidem est de obolis sermo, verum an de argenteis, an de æneis, hæsitabis frequentissime, quia autor in emendationem alicujus veteris lectionis excurrens, quod instituere cœpit, deserit nimia eruditione distractus. Obolos æneos velut se indignos alii aut negligunt

gunt omnino, aut indicasse sunt contenti. Non major est de *assariis* adcuratio: hujus pecuniæ nomen a Romanis ad Græcos pervenisse, fuisseque numos librales, & quæ istiusmodi sunt alia, qua in re, qui mihi fidem non habet, vadum tentet vel in solo Sperlingio *de numis non cufis*. Labes hæc præter nimiam eruditionis febrem inde potissimum promanavit, quod nemo ad ipsa vetera monumenta adsidens ponderibus & libra armatus, ut conqueritur Celeb. Eischenchmidius, negotium tractaverit.

Adest interea Venetiis epistola, qua me dupli beneficio, quorum alterum omnino singulare, fibi obstrinxit XVir ornatissimus, cum enim pro Re Publica legatione fungeretur ad aulam Gallicam Inl. Thiepoli, inde protestatem fibi fieri petiit amicus incomparabilis, ut sacræ hujus monetæ arcæ hero absente recluderentur. Hæsi ad ponderum indicatorum discrimen non parum, vidique insulæ Chio idem evenisse, quod de Romana re publica Frœliadius in libello: *Animadvers. in quosdam numos veteres urbium*. Florentiæ CICCIOCCLII recuso demonstravit pag. 57. & seqq. scilicet monetam per gradus quosdam, eosque minimos diminutam esse.

Placet hic tabellam ponderum inventorum mea industria paratam, alios forsan in usus, ut ad palæographiam numismaticam ex ponderibus deducendam aliquando servitram objicere, ex qua demum consecutiones alias ducam; in columnas divisa est, quarum prima Græcos numeros continet, quibus deinde proportionem diminutionis arithmeticam conficiam: altera Assiorum numerum exhibet: tertia & quarta pondus libra antiquaria, quam Norinbergensem  
C habeo,

habeo, expensum: quintam in illorum gratiam adjeci, qui drachmis evolvendis minus sunt adfueti, redegiri has nempe ad grana, ejusdem tamen libræ, et si minutiis neglectis: in sexta musea adscripsi, ex quibus haec cimelia depromta sunt.

	XIΩΝ ΑΣΣΑΡΙΑ.ΤΡΙΑ	Drach.	Gran.	Reduct. ad Grana.	Musea.
α	- - - - -	4 S.	-- 5	275	olim Apost. Zeno
β	- - - - -	4 S.	—	270	Cæf. Vindob.
γ	- - - - -	4 —	21	261	Theupoli.
δ	- - - - -	4 —	18	258	
ε	- - - - -	4 —	—	240	Cl. Ilgneri.
Ϛ	- - - - -	3 —	-8	181	Granellian.
Ϛ	- - - - -	2 S.	18	168	Theupoli.
Ϟ	- - - - -	1 S.	29 $\frac{1}{5}$	119	Savorgnan.
ϟ	- - - - -	1 S.	20	110	Granellian.
 ΑΣΣΑΡΙΑ.ΔΤΟ.					
α	- - - - -	2 S.	2 $\frac{4}{5}$	152	Savorgnan.
β	- - - - -	2 —	16	136	Theupoli.
γ	- - - - -	2 —	15	135	
δ	- - - - -	1 —	13	-73	olim Apost. Zeno
ε	- - - - -	1 —	12	-72	
Ϛ	- - - - -	1 —	10 $\frac{1}{5}$	-70	Savorgnan.
 ΑΣΣΑΡΙΟΝ.					
α	- - - - -	1 S.	-9 $\frac{1}{5}$	-99	
β	- - - - -	— S.	18	-48	Savorgnan.
γ	- - - - -	— S.	17	-47	

		Drach.	Gran.	Reduct.	Musea.
α	ΑΣΣΑΡΙΝ. ΗΜΙΣΤ	2 —	— 5	125	Theupoli.
β	ΗΜΙΣΤ. ΑΣΣΑΡΙΟΝ	1 S.	19 $\frac{2}{3}$	109	Savorgnan.
γ	HM ----- APION	— —	23	23	Theupoli.
	ΟΒΟΛΟΣ. ΧΙΩΝ	4 —	29	240	Theupoli.
	ΗΜΙΟΒΕΛΙΝ. ΑΙ- ΓΙΟΝ.	1 S.	19 $\frac{2}{3}$	190	Savorgnan.
	Ægiensis primo loco propositus.	— S.	25	55	Meus.

## SCHEMA DIMINUTIONIS.

ASSARII CHII.

		Drachm.	Gran.	Reduct.
	<i>Affarium antiquissimum fuisse.</i>	4 — -	- 10 -	- 250
	Conprobat ΑΣΣΑΡΙΝ. ΗΜΙ- ΣΤ <i>Theupoli.</i> α - - -			
	<i>Affarium</i> - - - -	3 — -	- 19 - -	218
	Conprobat ΗΜΙΣΤ. ΑΣΣΑ- ΡΙΟΝ. <i>Savorgnan.</i> β - -			
	<i>Affarium</i> - - - -	1 S.	- 9 - -	99
	Conprobat ΑΣΣΑΡΙΟΝ <i>Savor-</i> <i>gnan.</i> α, item ΑΣΣΑΡΙΑ. ΤΡΙΑ. olim <i>Apost. Zeno.</i> α & <i>Cæsar.</i> β			
	<i>Affarium</i> - - - -	1 -- -	- 28 - -	88
	Conprobant ΑΣΣΑΡΙΑ. ΤΡΙΑ. <i>Theupoli.</i> γ, δ			

## DE NUMO

	Drachm.	Gran.	Reducit.
<i>Affarium</i> - - - - -	I --	16 -	- - 76
Conprobant ΑΣΣΑΡΙΑ ΔΤΟ.			
<i>Savorgnan.</i> α			
<i>Affarium</i> - - - - -	I --	7 -	- - 67
Conprobant ΑΣΣΑΡΙΑ ΔΤΟ.			
<i>Theupoli.</i> β, γ			
<i>Affarium</i> - - - - -	S --	26 -	- - 56
Conprobant ΑΣΣΑΡΙΑ. TPIA.			
<i>Theupoli.</i> ζ			
<i>Affarium</i> - - - - -	S --	17 -	- - 47
Conprobant ΑΣΣΑΡΙΟΝ. Sa-			
vorgnan. β, γ. & HM - - -			
- - APION Theupoli. γ.			
<i>Affarium</i> - - - - -	S --	10 -	- - 40
Conprobant ΑΣΣΑΡΙΑ. TPIA.			
<i>Savorgnan.</i> η & Granelli. θ.			
<i>Affarium</i> - - - - -	S --	6 -	- - 36
Conprobant ΑΣΣΑΡΙΑ. ΔΤΟ.			
olim <i>Apost.</i> Zeno. δ, & <i>Savor-</i>			
<i>gnan.</i> ε, ξ.			

Majus quidem *Affarium* discrimin ex prima tabella erui potuisset, verum, quia aliquid adfrictui, & fitui, seu majori, minorive conservationi tribuendum sciebam, nequam granorum minutias persecutus sum, sed ea intervalla selegi, in quæ vix temporis edacitati aliquod jus esse potest. Per minora ergo ponderum decrementa adsumtis semidrachmis diminutio observata est in proportione arith-

arithmeticā, ut 8. ad 6. ut 6. ad 3. ut 3 ad  $2\frac{1}{2}$ : ut  $2\frac{1}{2}$  ad 2: ut 2 ad  $1\frac{1}{2}$ : ut  $1\frac{1}{2}$  ad 1.

Hinc porro consequitur primum: Obolum apud Chios ejusdem valoris fuisse, atque numum inscriptum: ΑΣΣΑ-ΠΙΑ. TPIA, siquidem hic tantundem fere adpendit, ac hujusmodi moneta γ musei Theupoli; quare obolum tria assaria comprehendisse. Erit, cui mirum videbitur, in eadem urbe valoris ejusdem pecuniam diversis nominibus insignitam fuisse, atque adeo arbitrabitur, Chios ante obolis usos, his assaria tria substituisse. Utut sit, quia videsmus, assaria lenti decrementis inminuta, idem censeri debet de obolis, quo fiet, ut noster 4 drachm. 29 gr. quam certissimo ea temporis confinia adtigerit, quo hæc mutandæ monetæ ratio Chiis placuit.

Consequitur secundo: Quia drachmæ, oboli &c. nomina Græcis tam in Asia, quam Europa erant communia, assariorum etiam usum alibi, quam apud Chios obtinuisse, et si eorum pondus in diversis urbibus variaverit aliquantum; unde conficitur: obolum Ægium eo, quo noster semiobolus cusus est, tempore fere 4 drachmas adpendisse, quare eum antiquioribus quidem non esse adcensendum, quia tum habitis rationibus Tabellæ assarium Ægiensium drachmam & 16 grana non excedebat, ætate tamen præstare numulo meo ΑΙΓΑΙΩΝ inscripto, quia si hic pro hemiobelio, id quod fieri sane debet, adsumatur, assarium tum solum erat granorum 37. Tales semioboli diminuti censeri etiam poterunt parvi illi, atque satis frequentes Chiorum numi, qui sine ponderis nota magistratum nomina adscripta habent.

## DE NUMO

Consequitur tertio: errare plerosque omnes, qui assariorum nomen a Romanis ad Græcos pervenisse existimant; ita enim apud me statuo, eam, quam vidimus, assariorum diminutionem ex politicis rationibus illa in insula non nisi lente, atque seculorum etiam intervallo evenisse, præser-tim, cum hosce numos certo consecutæ fuerint parvæ illæ monetæ, de quibus illico, quæ, quia diversorum virorum magistratu functionum nomina repræsentant, singulis probabilius annis respondent. Ex quo adsumto sponte mihi fluere videtur, Græcos ante usum *τῶν Ασταρίων* habuisse, quam Romani ita Græcis innotuerint, ut ex illorum moribus aliquid in rem suam converterent.

Præterea velim, cur Græci, quorum lingua ditissima, solum nomen a Romanis mutuati fuissent, solum nomen ajo, cetera enim omnia diversa: As Romanorum in duodecim partes, nempe uncias tribuebatur, nihil simile de assariis Græcorum novimus; As Romanæ pecuniæ velut caput erat, & numus communis maximus, rariores enim tresses, quatrusses &c. fuisse nemo dubitabit, ubi Græcorum æneos majores *Αστάρια τρία* valuisse, *Αστάριον* vero ultimum obtinuisse locum vidimus; Pondus antiquissimi assariorum Chii ex præmisso laterculo confeci fuisse solum 4 drachmarum seu unciæ semis, posteriores vero etiam asses, qualem unum corneliæ familiæ *SVLA* inscriptum possideo, unciam semis 2 drachmis, granis 20 superat.

An forsan, tum ad Græcos, & in Chium usque hoc monetæ nomen pervenerit, cum Romani tresses flavissent? ast præter ponderis enorme discrimen inter hos & Chiorum numum *Αστάρια Τρία* inscriptum etiam vetutissimi, quam

quam nancisci poteram commatis, liquet, grandes has æris moles primis rei publicæ initiis flatas esse, quibus, cui mari Chius innatet, Romani ignoraverint, Chii vero, quid circa Tiberim ageretur, parum solliciti fuerint.

Fateor Romanæ historiæ scriptores Græcos, dum de pecunia loquuntur, perpetuo asses per *Aσσάρια* designare, existimo tamen, probabilius multo esse, hos ad peregrinum *Aſſis* vocabulum indicandum usitato iam in Hellade, quod fono proxime adcedebat, ut maluisse, quam ut novum aliquod procuderent, cur enim alias tam circumspete scripsisset Halicarnasseus, *L. IX. Ant. Rom.* pag. 561. edit. Oxon. de mulcta Menenii agens: ἦν δὲ ἀσσάριον χάλκεον νόμισμα βάρος λίτραιον. *As autem numus erat æneus libralis.* Velim, an Romanos rem novam docere voluerit, an potius Græcis lectoribus errandi periculum tollere, ne nempe mulctam, quam *nimirum*, & *gravem* adserit, affariis semiuncialibus definitam fuisse putarent, ignorare nempe non poterat homo in Caria natus Chiorum, & aliarum urbium assaria.

Totus fui hactenus in epigraphe anticæ partis, quæ me in rationes pecuniarias volentem ita abstraxit, ut ὄβολος ἄλινξ pene fierem; Philosophi vultus eadem numi parte signatus an legislatoris, an herois aliis sit divinare nolo. Corona turrita quam apte Genio ejus oppidi conveniat, notum est satis, quippe quod præter alia decora concilii Achaici constans sedes erat ad Pausaniæ ætatem, teste eodem *L. VII. c. 24. pag. 585.* Εἰς δὲ Αἴγιον καὶ ἐφ' ἡμῶν εἴ τι συνέδριον τὸν Αχαιῶν ἀθροιζέται, quam gloriam post Helenicen aquis haustam omni jure sibi comparavit, cum, ut idem ad-

adfirmat 6. 7. pag. 538: πόλεων ἐν Αχαιας τῶν ἄλλων δόξη προεῖχεν ἐν παλαιό, καὶ ἵχνοντεν ἐν τῷ τόπῳ. Jam tum, igitur quidem inde a priscis temporibus dignitate, & potentia oppidis Achaeis aliis praestabat.

## ALEATARUM.

Caput Minervæ galeatum ) ( AΘ - - ΝΑΣ. ΑΛΕΑΣ. *Minervæ Aleæ.* Bubo cippo infidens. Tab. I. N. 4.

Vota mea prævenit numuli hujus missa pictura idem Serenissimæ Rei publicæ Venetæ senator, & XVir, cum enim sciret, me in Haymii tomo II. interpretando, edendoque versari, legissetque ad numum Tegeatarum Aleo regi tributum, ipso fere commentarii initio, Haymum perlitter similem numum, quem in adversariis eruditissimi Massonii extra Angliam alicubi adservari repererat, utpote ad exhibitam Tegeæ monetam inlustrandam percommendum, depictum daturum fuisse, si ejus videndi copiam habuisset, cum, inquam, hæc legisset, suam hanc symbolam ad Haymii defectum subplendum benevole contribuerat.

Fateor quidem similem monetam in museo Cl. Arigoni Tab. III. N. 39 exhiberi, quia tamen in collectione Gesneri abest, atque in Arigoniana per errorem Atheniensibus numis inseritur, hic fane locum meretur. Per errorem, inquiebam, Atheniensibus adjunctam fuisse, quem vel ipsa dialectus Dorica, qua Arcades utebantur, dedoce-re debuisset, quod A. Dorum more pro H positum (in præsente numo quidem extritum) ita nomen ΑΘΑΝΑΣ. in

in Arigoniano numo, quemadmodum in Massoniano subi-  
vit. Ut Atheniensibus cum hac noctua nihil poterat esse  
negotii, ita nec eam Tegeatarum ex officina, quo pro-  
pendisse videtur Haymius, provolasse existimo; Antiquæ ad  
Stymphalum Aleæ numum vindicandum, quæ persuadent,  
argumenta subjicio, eruditorum arbitrio discutienda:

Quia magistratus cujusque urbis plurimum intererat,  
ut sua ab aliena pecunia dignosceretur, existimo, ubi gen-  
tile gignendi casu, atque multitudinis numero inflexum ab-  
est, monetarios per adjecta deorum ab loco petita cognos-  
mina discrimen hoc obtinere voluisse, ea quidem cautela  
præterea adhibita, ut si idem numen aliis etiam in oppidis  
colebatur, civium adjecto nomine discrimen fieret; exem-  
pli rem palam facio, quia & in Corcyra, & Seleuciæ  
Pieriæ Jovis Casii religiosus cultus vigebat, utriusque po-  
puli nomen suis in monetis est consignatum, triti sunt Se-  
leucienfium numi, in quibus præter ΖΕΤΣ. ΚΑCΙΟC. ad-  
ditum ΣΕΛΕΥΤΚΕΩΝ legitur.

Hinc sic arguo: nemo antiquiorum numos inscriptos  
**ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ. ΠΕΡΓΑΙΑΣ.** alteri oppido attribuet,  
quam Pergæ Pamphyliæ, quare etiam præsens numisma  
epigraphe. **ΑΘΑΝΑΣ. ΑΛΕΑΣ** insigne nuspian alibi quam  
Aleæ Arcadiæ oppido percussum fuisse statuendum est.

Ast inquies, Pausanias *L. VIII. c. 4. pag. 606.* Miner-  
væ Aleæ cultum Tegeæ potissimum floruisse, nos docet,  
dum ait: **Αλεάς δὲ τῇ Αθηνᾷ τῇ Αλέᾳ τὸ ιερὸν ὀκοδόμησεν**  
ἐν Τεγέᾳ τὸ ἀρχαῖον. *Aleus vetustum iluii Aleæ Minervæ*  
*famum Tegeæ edificavit.* Adsentior; quin & alterius Man-

D tineæ

tineæ strueti meminit *Ibidem c. 9. pag. 617.* Σέβεστι δὲ καὶ ΑΘηνῶν Αλέαν, καὶ ἱερόντες, καὶ ἄγαλμα Αθηνᾶς ἐστιν Αλέας αὐλοῖς. *Minervam præterea Aleam venerantur, cui etiam templum & signum dedicaverunt;* neque tamen ab sententia de turbari me patior. Ast unde hæc confidentia? Viden:

Non per Joniam solum, sed reliquam Asiam Diana Polymaste colebatur testibus & historicis, & numis Colophoniorum, Magnetum, Metropolitarum, aliis, nemo tamen rei numariæ peritus in dūbium vocavit unquam, eas monetas, quæ seu ΑΡΤΕΜΙΣ. ΕΦΕΣΙΑ, seu ΕΦΕΣΙΩΝ inscriptæ solum sunt, ejusdem urbis officinæ alicui adscribendas esse; Quod inde confirmatur etiam, quia, ut supra indicaveram, urbes eidem Multimammiaæ devotæ ne quaquam patriæ suæ consignandæ negligentes erant, ita videbis passim numos cum Ephesiæ Dianæ notissimo typo, qui titulos præferunt: ΑΡΤΕΜΙΣ. ΚΟΛΟΦΩΝΙΑ: ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ: ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΑΡΤΕΜΙΣ. Ecur iam numum, in quo ΑΘΑΝΑ. ΑΛΕΑ. solum inscripta legitur, Aleæ negabimus, etsi eadem epigraphe in alio aliquo cum gentili ΤΕΓΕΑΤΑΝ conpareret, cujusmodi tamen monetam hactenus erutam nescimus.

Erit Tegeatarum patronus, qui in duobus adhuc adhærescat, quorum illud primum: templum Tegeæ structum a Pausania dici ἐρχαῖον *vetus*, existimandum igitur, veterem illam religionem hinc in urbes alias propagatam fuisse, ut fere Epheso in Asiam illa Polymastes. Deinde inter conplura ea oppida, ex quibus ad condendam Megalopolin coloni communi Arcadum senatus consulto abstra-

cti erant, fuisse Aleam, quæ tamen omnia aut ad vicos redacta, aut deserta omnino, suis in ruinis nominis umbram aliquam conservabant.

Nullo negotio hæc diluam: qua in sententia Tegeatarum templum ἀρχαῖον *vetustum* dixerit Pausanias, se ipsum inferius explicat. c. 45. pag. 693. ubi: Τεγεάταις δέ, ait, Αθηνᾶς τῆς Αλέας τὸ ιερὸν τὸ ἀρχαῖον ἐποίησεν Αλέας, χρόνῳ δὲ ὕσερον παλαισκευάσαν δι Τεγεάταις τῇ Θεῷ ναὸν μέγαντε, καὶ θέας ἄξιον. *Aleæ Minervæ vetustum templum Tegeatis quidem aedificavit Aleus: interiecto dein tempore aliud ipsi cives deæ erexerunt magnum illud & spectantium approbatione dignum.* En, ut, vetustum illud, atque subito incendio consumtum, ita enim prosequitur autor, cum ad novum hoc Olympiade XCVI structum referat, quod sua ætate universa in Peloponeſo ornatu erat celeberrimum, ne minimum vetustiori illi Aleatarum ædi decerpitur.

Hanc ea in urbe fuisse, ex ipfa, qua Pausanias utitur, scribendi ratione conficio, cum primum Tegetarum templi meminit, non *Minervæ* tantum, aut qualicunque consecratum fuisse, sed Αθηνᾶς τῇ Αλέᾳ *Minervæ Aleæ* disertis verbis indicat; velim unde hoc cognomen omni reliqua Græcia ad id tempus ignotum? an forsan a conditore Aleo? verum cedo exemplum, ubi signum alicujus numinis a dedicante nomen tulerit; ego quidem nullius memini, quod si forsan unum aliquod proferretur, sexcentis aliis ostendam, hæc, si non ab eventu aliquo, semper a loco petita fuisse.

## DE NUMO

Ut argumentum stringat, illud præterea amplius demonstrandum superesse videtur, Aleam oppidum, et si ex hac tenus disputatis satis id liqueat, ante Tegeatarum templum, vetus illud, de quo mox, conditum fuisse, quia, quamvis conditorem Pausanias indicat, tempus tamen tacet, ita ille *c. 23. pag. 642.* de Alea: Αλεὸν δὲ τὸν Αφειδανῆος γενέθαι σφίσιν ἀποφαίνεται οἵτινες. *Aleum Aphidianis filium cives Aleatæ conditorem produnt.*

Cum ex hoc, tum alio Pausaniæ loco id eruo: Mos erat priscis regibus, atque inter primas curas, ubi parentibus subcesserunt, regiam aliquam suo de nomine condere, idque ideo potissimum, quia remotis illis temporibus pluribus fratribus deserta fere paternæ ditionis portio obtingebat. Exempla nequaquam extera, sed ipsa ex Arcadia, atque ex eodem autore induco: inter Arcadis posteros Clitor Clitora, Stymphalus Stymphalum, Cepheus dialecto Dorica Caphyam struxit, Psophidis conditor Psophis, Herææ Heræus, Alipherus Alipheræ &c. commemorantur. Ad locum Pausaniæ venio, is postquam pagina superiorius indicata templi ab Aleo Tegeæ ædificati mentionem fecisset, mox subjicit: ναὶ ἀυτῷ πατεριναῖς ἀυτόθιν βασιλείᾳ, quem locum fere cum Amaseo ita interpretor: atque ibidem ei exstructa est regia.

Scio, Græcis pro regis aula designanda βασιλείου usitatum esse, scio notionem *regni* vocabulo βασιλείᾳ tribui, verum ex adjunctis, ipsoque Pausania conjicio, quemadmodum vulgo sub βασιλείου subauditur δῶμα, ita hic sub βασιλείᾳ subintelligi debere οἰκία. Postquam Pausanias, quæ magnifica Tegeæ essent, complura retulisset, subjunxit

git c. 53. pag. 708. Εθεασάμων δὲ καὶ ἄλλα ἐν Τεγέᾳ τοσάδε· Αλέας οἰκιαν κ. 7. λ. vidi &<sup>c</sup> alia huiusmodi Tegeæ, ut Alei domum &c. De regno in ampliorem statum posito, aut regia urbe sermonem hic esse non posse, περισάστεις luculenter conprobant. Narrat Pausanias c. 4. pag. 605. Aleum se inter hæreditatis paternæ ditionem continuisse. Αλέας δε ἔχει τὴν πατρώων λῆξιν; Et quæ tandem patri obtigerat? docet id pag. 604. Αφείδας δὲ Τεγέαν, καὶ τὴν προσεχῆ ταῦτη ἔλαχεν. Aphidas Tegeam, & quæ adjacent, sortitus est.

Tum igitur iam regnum, iam Tegea regia sedes constituta, quare illud: Καὶ ἀνῶ καλεσθέντος ἀνθρόθι ἡ βασιλεῖα de structo palatio intelligendum, id quod cum mentio facta templi ædificati, tum phrasis καλεσθέντος, quæ ædificiis potius adhibetur, præsertim constructione, ut dicimus, passiva, consuadet.

Ecquid hinc efficietur? Aleum scilicet aliquamdiu sedem regiam Aleæ, nempe in urbe ab se condita, fixisse, eo saltem temporis intervallo, quo Minervæ ibidem dedicatum signum aliqua, ut ita loquar usucapione Aleæ cognomen mereri poterat; tum vero seu tristi patris memoria motum, seu loci situ invitatum aulam regiam Tegeam transferre constituisse, neque tamen aliter, quam Palladio suo aliquantum ante præmisso. Τῇ δὲ Αθηνᾷ τῇ Αλέᾳ τὸ ἵερὸν φυοδέμπτεν ἐν Τεγέᾳ τὸ ἀρχαῖον, καὶ ἀνῶ καλεσθέντος ἀνθρόθι ἡ βασιλεῖα. Minervæ Aleæ templum vetus Tegeæ ædificavit, ipsique ibidem aula regia construenda est.

Ad postremum venio: Non diffiteor in Pausania, ubi frequentatam colonis Megalopolin narrat c. 27. pag. 655. legi: Τῶν δὲ ἀλλων τῶν κατειλεγμένων πόλεων, ἀ μὲν ἐς ἄπαν εἰσὶν ἐφ' ἵμων ἔρημοι, τὰς δὲ ἔχουσι οἱ Μεγαλοπολῖται κώμας. Alię vero, quas recensui, urbes / quas inter erat Alea / partim hodie omnino desertae sunt, partim in vicos redactae a Megalopolitis tenentur. Ast quando tandem Megalopolis condita? Eodem, quo ad Leuctra pugnatum est, anno, scilicet Olympiadis CII. anno altero, seu A. X. 371. Ecce numus noster ante hanc non adeo remotam epocham signari non poterat? et si fateor, difficile esse, de numi ætate, quem manu non contrectavi, aliquid pronunciare. Liberalis ero, fingamus, numum posteriores aliquos natales indicare, dabo id, verum ad duo velim diligenter adverte animum. Primum est, quæ de desertis omnino urbibus scribit, Pausanias, conmemorare ἐφ' ἵμων de sua etate; quantum cedo! intervallum ad Antonini Pii tempora interest?

Alterum est, si vel nulla subpeterent testimonia, nequam cogitandum esse, cives omnes convulsis tectis Megalopolin convolasse, aut iis, qui restiterant, prisca civitatis jura, atque adeo etiam cuendæ monetæ ablata esse, non enim feditionis alicujus, aut alterius criminis, sed communis securitatis causa, exemplo Argivorum inducti, hanc commigrationem suscepere Arcades. Dixi, et si nulla suppeterent testimonia, unum, ne longior sim, de Aliphera oppido adferam.

De hac ita Pausanias: Εἰ δὲ Αλιφίρα πόλισμα ἐ μέγα· ἐξελεφθη γὰρ ὑπὸ οἰκητόρων πόλλων ὑπὸ τὸν συνοικισμὸν τῶν Αριάδνων

δων ἐσ μεγάλη πόλιν. Est vero Aliphera urbs non magna, quod multitudo bona pars eo tempore discessit, quo Arcadum consilio coloniae Megalopolin deductæ sunt. Prosequitur deinde ejus descriptionem: templa scilicet ibidem esse duo, AEsculapii, & Minervæ, deæ ipsius ex ære signum Hypatodori opus, spectatu dignum cum magnitudinis, tum artificii causa. Addit, celebrari ibidem, et si cui deo nesciret, nundinas, πανήγυρις seu sacrum conventum. Ecquid, quæro, huic oppido ad eum splendorem deest, ut propria etiam moneta uteretur? ubi illud rursus inculco, hunc Alipheræ statum fuisse vivente Pausania.

Inspiciamus iam Aleam nostram, an huic aliquid concedat; Idem autor c. 23. pag. 642. in hæc verba: Θεῶν δὲ ιερὰ ἀντίθεται Αργολικὸς εἰσιν Εφεσίας, καὶ ΑΘηνᾶς Αλέας, καὶ Διονύσου ναὸς καὶ ἄγαλμα. Deorum vero templa ibidem sunt Diana Ephesiae, & Minervæ Aleæ, Bacchi etiam delubrum cum signo: tum narrat, Libero annis singulis festum Scierium dictum agi, quo ut Spartæ ad Orthiam pueri, ita hic feminæ flagellabantur. Paria habemus omnia; novum pondus a situ, & quæ hunc consequbantur, adcedat.

Paullo superius scripsicerat Pausanias: Μελὰ δὲ Στυμφαλὸν εἰσιν Αλέα, post Stymphalum vero jacet Alea, συνεδρία μὲν τῷ Αργολικῷ μελέχεσσα καὶ ἀντίθετη, Argolico conventui etiam hæc se adplicuerat; Præmiserat nempe de Stymphalo: Στυμφαλοὶ δὲ τελαγμένοι μὲν ἢ μελὰ Αρκάδων εἴσιν, ἀλλ' εἰς τὸ Αργολικὸν συνελέσσοι μελασάλες εἰς ἀντίθετονται Stymphalii quidecum Arcadibus iam non amplius sunt contributi, sed Argolicæ rei publicæ discessione spontanea se adjecerunt. Hoc exemplum, cuius epocham nusquam inveni, cum vicinos Alea-

Aleatas secutos fuisse existimo, eo saltem tempore ita ambo oppida floruisse, ut pecuniam etiam suis in officinis ferierint, negari vix poterit; Non conmemoro numum Stymphaliorum eumque argenteum a Goltzio vulgatum, illud ἔθελονται, spontaneam illam secessionem urgeo.

Ut defectio hæc fieret, magistratu opus erat, qui id in commune consuleret, atque ejusmodi quidem, quem ceteræ corporis Arcadici urbes ab hoc psephismate impedi-re non poterant, quare supremo eo, & sui juris, neque enim rerum novarum studiofam, atque tumultuantem plebeculam suum in conventum recepissent Argivi, neque id Arcades passi fuissent; novimus autem omnes, non hodie solum, sed olim supremæ ejusmodi potestatis sanctissimum indicium monetam haberi consueuisse; Oppidula si fuissent, vile, & abjectum corpus Argolicum æstimari debebit, quod hæc suum in gremium admiserat. Denique arbitror, si vel ante, Arcadibus contributi propria moneta gavisi non fuissent, eos & secessionem fecisse propterea, & eo jure illico a conventu Argolico cohonestatos fuisse.

## ALENORUM seu ALIENORUM.

Caput juvenile nudum. ΙΕΡΑ. СҮНКАНТОС. *Sacer Senatus.* (ΕΠΙ. ΔΑΜΑ. Γ. ΑΛΗΝΩΝ. *Sub Dama Tertium Alenorum.* Bacchus seminudus f. pede decussato stans, d. demissa botrum, f. columnæ innixus amphoram gerit. *Tab. I. N. 5.*

Parum propitia fata habuit urbs, ex cuius officina elegans hic, & bene conservatus musei mei numus prodiverat, quod ejus ne minimum vestigium apud geographos & historicos reperitur. Aleii, Αλαις, campi in Cilicia meminit Strabo, Stephanus etiam urbis Halarum, quæ campo nomen dederit, verum ab Αλαι derivari Αλαις docet numus: ΑΛΑΙΩΝ. ΚΙΑΙΚΩΝ inscriptus apud Spanhemium Tom. I. pag. 266; sciebam quidem hinc non abterritum fuisse Harduinum, quo minus Gordiani III. numum hac epigraphe: ΑΛΗΝΩΝ ( si tamen bene lecta est) iisdem his Ciliciæ Alis, vel Halis adtribuerit, me vero non hoc solum, sed antica numi pars semper alio avocabat.

Videbam, legebamque sanctum Romani Senatus Genius, ex non mediocri numismatum usu noveram, hanc devotionem urbibus Joniæ, Lydiæ, Phrygiæ ita esse propriam, ut non facile in alterius alicujus provinciæ monetis, minime vero Ciliciæ hanc epigraphen legere me meminerim, ipsa cælatura in Lydiam, vel Phrygiam invitabat etiam. Tabulam in hoc naufragio subpedavit aliquam Vaillantius, qui tres Gordiani Pii numos refert, atque hos inter unum suo ex museo, quos ut Phrygiæ Pacatianæ adtribuit, ita tamen omnes ΑΛΗΝΩΝ sunt inscripti, id quod me superius de Harduni lectione, & conjectura hæsitare fecerat.

Obturbabat nihilominus numi mei lectio tam certa, ut non mei solum, sed aliorum etiam oculi aliud quam ΑΛΗΝΩΝ legere non potuerint, idque ea etiam cauta la adhibita, qua exemplum gypseum ex modulo cereo

nitidissimum formari feci. Hac in fluctuatione duo me erexerunt potissimum; atque primum erat ipsum, cui superstruxit Vaillantius, fundamentum scilicet notitiæ ecclesiasticæ Hieroclis, subscriptionesque conciliorum, in quibus tamen gentile hujus urbis miris modis variatur: apud Hieroclem ὁ Αλιων vel Αλινων inter episcopos Phrygiæ Pacatianæ, seu Capatianæ recensetur, id quod inscriptioni praesentis monetæ bene consentit.

Ast diversa in subscriptionibus est forma: *Act. VI. Conc. Chalced.* Nunechius episcopus Laodiceæ subscriptis loco Γαις πόλεως Αλιάνων Caii urbis Alianorum. In Constantinopolitano II. *Conl. VIII.* legimus Glauicum misericordia Dei episcopum Alianorum, & ne de provincia quis dubitet, adjicitur: *provinciæ Phrygiæ Pacatianæ.* An forsan dialectus Dorica hoc in oppido iam ab ætate mei numi continuabatur? id enim cum suspicarer, nomen ΔΑΜΑ pro ΔΑΜΩΣ, ut in numo sculptum est, reliqui, neque cum aliis Damisiām legi. *Act. VII. oecum. VII.* seu Nicæni II. reperitur: Λέων ἀλέξης ἐπίσκοπος Αλέων. *L'ō indignus episcopus Aleenium* inter antistites Acmoniæ, & Trapezopolis. An qui *Act. I.* pseudosynodi Photianæ adnotatur Γεώργιος Αλέως Georgius Alci huc etiam faciat, divinare nolo, cum in illo episcoporum catalogo nullum provinciarum discrimen servetur.

Erit, qui ex his testimoniis, nomen urbis in recto multitudinis numeri ΑΛΙΟΙ fuisse, eruet, scalptoremque mei numi lapsus condemnabit, velim tamen lentius ista; Καδοι Cadi Phrygiæ ejusdem urbs, cuius gentile Stephanus Καδωνος format, nulla ætate nomen suum mutavit, et

si insertum, forsan ob euphoniam O. in numorum epigraphe ΚΑΔΟΗΝΩΝ conspiciamus, an non ob similem causam litera I. in ΑΛΗΝΩΝ insinuare se potuerit? sed finamus hæc grammaticis. Geographicam meam conjecturam non parum confirmat cum numisma a Cl. Arigonio inter numos Deæ Romæ & Senatus *Tab. VII. N. 5.* exhibitum, atque signo aversæ partis a præsente diversum, in cuius antica typus, & epigraphe similis, in postica vero ante ΑΛΙΗΝΩΝ vestigia extriti magistratus observantur, tum illud Gordiani apud Vaillantium, ex quo, ut ex nostro Bacchi cultum inter cives viguisse liquet. De situ ceterum ipso id unum conjicere licet, quod Laodiceno metropolitæ subjectus erat Alenus episcopus, urbem in Laodiceæ vicinia positam fuisse.

## AMISENORUM.

Caput juvenile galeatum )  
AMΙΣΟΤ. IB. *Amisi*  
an. XII. Pharetra recta, in area luna crescens cum astro,  
& monogrammata. *Tab. I. N. 6.*

Hæsitaveram, an hunc musei mei numum, etsi in Gefneri compilatione aberat, in lucem darem, utpote qui a Golztiano inter numos Afiae *Tab. II. & III. N. 6.* relato solis monogrammatis, atque epochæ nota, etiam binario inferiore, differebat, verum ubi Cl. Nonnii commentarium, atque ea, quæ Haymius T. II. de Ponticis urbibus scripserat, inspexi, ita obiter, jejune, ne dicam, negligenter pertractata vidi omnia, ut operaæ pretium me factum existimarem, si ab aliis prætermissa, oblata hac occasione

fione, subplerem, lapsus corrigerem, conjecturisque minus firmis probabiles magis substituerem, quo in negotio, si rem aliquibus adtigisse non videbor, certus tamen sum, viam me ad pleniorem Ponticæ monetæ inlustrationem complanasse.

Nonnius, qui, quod inter primos rei numariæ scriptores, eam, quam in præfatione petit, veniam meretur, id nempe solum pag. 310. habet: *Minerva est galea tecta, ab aversa parte pharetræ videtur species cum loris, ut ab humeris dependeat.* Altum de IΔ anni nempe XIV. notis silentium; ad magistratus aliud nomen forsan retulerit hos characteres Cl. Nonnius, qua in sententia si quis hodie adhuc foret, errorem luculenter dedocet noster. Nec Haymius, qui ignorare numum non poterat, Nonnii oscitantiam, ut alibi perstringit, et si ad hoc illum invitare debébat numus Amastreos epocha insignis; Eadem dissimulatione usus est Harduinus, nisi quis velit, eum huic epochæ idem æræ initium statuisse, a quo per numos imperiales annorum notæ fluunt, scilicet ab anno V. C. 10CCXXI, quo Sratonis tyrannidem excussit, sed de hoc inferius, signorum explicatio prius ad limam revocanda.

Minervæ caput in antica vidit Nonnius, ego cum in præsente, idque non meis solum, sed aliorum etiam pictorum oculis, tum in tribus aliis, quos Cl. Ilgnerus inter sua cimelia adservat, denique in meo Sinopensi, suo loco producendo, nequaquam Palladis, sed generosi cujusdam juvenis vultum intueor; de Sinopensi mentionem injeci, quia typus hic in aliis crassiusculis Ponticarum urbium monetis observatur etiam, ad quod caute advertit Haymius,  
apud

apud quem ad numum Gaziurorum nihil aliud leges, quam *Testa con elmo*, ad alterum Chabaëti: *Testa galeata*, nempe: caput galeatum, ubi etiam subjicit: La testa galeata nella I. med. non credo, che appartenghi a Pallade ma piuttosto a qualche persona, que non saprei dire, qual fosse. *Caput galeatum numi I. non tam Palladis, quam alterius, nescio cuius, berois potius existimo.*

Heroem hunc me apud Pausaniam invenisse existimo; refert de Amisi fundatione Strabo: Φησὶ δὲ ἀυτὸν Θεόπομπος πρῶτος Μιλησίους ηὔσαι. *Theopompus narrat, eam primum a Milesiis conditam.* Quia novimus, colonias deductas fere deos patrios, atque heroum suorum, aut conditorum memoriam & signa etiam exteris in oras avexisse, ipsorum Milesiorum incunabula investigemus. De his ita Pausanias *L. VII. pag. 524.* Μιλήσιοι δὲ ἀυτοὶ τοιάδε τὰ ἀρχαιότατα σφίσιν εἶναι λέγεται. *Milesii vero ipsi de suis originibus hæc commemorant:* narrat deinde horum ore, regionem olim ab Anacte rege indigena Anactoriam dictam, tum subjicit: Μιλῆται δὲ πατέρας τὸν σόλων Κρητῶν, οἵτε γῆ τὸ ονομα μετέβαλεν ἀπὸ τῆς Μιλῆται, οὐδὲ οὐ πόλις. *Cretensium vero classe Mileto duce ad eam oram adpulsa, urbi & agro ab eodem nomen inmutatum.*

Transmigrationis causam, ex qua tempus conjicere possumus, idem indicat, dum scribit: Μίνω τὸν Ευρώπης φεύγοντες. *Europæ filium Minoem fugientes;* Errat hic quidem Pausanias, qui in eundem Europæ filium cum aliis pluribus ea omnia contulit, quæ in duos, de quibus iam historicis, chronologis, & mythologis satis convenit, vel in tres Minoes distribui debebant, certum enim videtur, fugam

Cretensum cum Minois I. regis justissimi ingenio non convenire, congruere vero aptius multo in turbatam domestica etiam labe Minois II. aulam adeoque annis, qui circa 1231. A. X. fluxerunt. Laudatus Pausanias prosequitur, quietis eos sedibus Miletii perfruitos, dum a migrantibus Ionibus exturbarentur, verba scriptoris subjicio: Τότε δέ ως ἐκράησαν τῶν ἀρχαίων Μιλησίων οἱ Ιωνεῖς, τὸ μὲν γένος πᾶν τὸ ἄρσεν ἀπέκλειναν, πλὴν ὅσοι τῆς πόλεως ἀλισπομένης ἐκδιράσθησαν. · Expugnata vero ab Ionibus Mileto mares omnes præter eos, qui capta urbe salutem in pedibus quæsiverant, sunt interfecti

Migratio hæc Ionum ad annum A. X. 1054. defigitur; intra ducentos hos & amplius annos fane Cretensis hæc colonia, atque conditoris Miletii nomen & promerita ita confirmari poterant, ut nova in Pontum deducta Amiso fundatæ primi sui conditoris imagines, & signa inferret, in publica etiam moneta, vel tum iam signata, vel aliquando feriunda. Intercepta hoc tempore fluctuans epocha remota nimis vix videri alicui poterit, cum & Eusebius Miletii fundationem in annum A. X. 1275. promoverit, & Melus, aliæque urbes interim structæ fuerint.

Ceterum saltem a fugitivis illis, qui internecioni superfuerant, maris alioquin peritissimis juxta illud: Ο Κρῆς ἀγνοεῖ τὴν Θάλασσαν prima Amisi fundamenta jacta esse, ut nemo facile negaverit, ita confiteri etiam necesse erit, eos primi conditoris imaginem in numis signavisse, ne enim extra Pontum exeam, testatur Strabo de Sinopensibus L. XII. pag. 546. ubi de Autolyci statua a Lucullo sublata agit, eum, quia conditorem habitum, divinis ibidem honori-

ribus cultum, ὃν ἐκεῖνοι οἰκησὺν ἔργοις, καὶ ἔπιμων ὡς Θεόν. Partem vero religionis non minimam fuisse eam devotionis contestationem, qua numinum effigies in ære cælaverant, quotidianus numorum usus satis docet, in quibus a libero populo percussis aut vultus τὰ Κτισθή, aut dei, deæve alicujus denique objicitur; age iam, et si Miletus hic non exhibetur, deum sub hac galea latentem prode, sodes! quisquis aliter sentis.

Quæ hactenus stabilivi, novo arguento partis averfæ typus confirmat, pharetra, quam conspicimus, Cretensem Milesiorum originem luculenter testatur; quis ignorat, sagittarum torquendarum peritiam ita insulæ hujus incolis fuisse propriam, ut omni in exercitu hoc armorum genere miles Creticus valuerit plurimum, profecto vel tacentibus historicis id conficerent Gnossiorum numi inferius a me producendi, cuius urbis cives ita hoc bellicum instrumentum suum fecisse videntur, ut monetarii illud omisso etiam urbis nomine signum sufficiens Gnossiaæ pecuniæ arbitrati fuerint. Ut hæc in conperto sunt, unicum tamen exemplum proferam, ex quo simul liquebit, istiusmodi, nec aliis pharetris usos fuisse.

Narrat Pausanias *L. IV.* pag. 326. in Spartanorum Iram obſidentium exercitu sagittarios Cretenses fuisse, μετεπέμψαντο γὰρ ἐκτε Λύκτου, καὶ ἑρέων πόλεων μιθωτές, stipe-  
ndiis enim cum ex Lycto, tum urbibus aliis conducti erant, horum vero septem Aristomenem induciarum fiducia longius ab Ira absentem structis infidiis cepisse, addit deinde: συλλαβθέτες δὲ τοῖς ιμάσι, οὓς εἶχον ἐπὶ ταῖς φαρέτραις, δέ-  
σσιν, εσπέρα γὰρ ἐπήσει. caput vero ob ingruentem noctiem pba-  
re-

*retrarum loris ligasse.* Quare longiora fane ea, ut in numo repræsentantur, esse oportuit.

Objectioni hic satisfaciendum est alicui, ex qua tamen ipsa hactenus dictis non leve momentum, nisi omnia me fallant, ad crescet; Satis conveniet aliquibus cum Cretense duce, atque ejusdem gentis pharetra: ast Miletum eum fuisse negabunt, freti Ephori apud Strabonem L. XIV. pag. 635. testimonio in hæc verba: φυσὶ δὲ Εφόρος τὸ πρῶτον κῆλισμα εἶναι Κρητικὸν ὑπὲρ Θαλάττης τέλειχισμένον, ὅπου νῦν ἡ παλαιὰ Μίλητος ἐστί, Σαρπηδόνος ἐν Μιλήτῳ τῆς Κρητικῆς ἀγαγώντος οἰκιστορας, καὶ θεμένα τένομα τῇ πόλει τῆς ἐκεῖ πόλεως ἐπόνυμον. Ephorus narrat: *Mileti prima fundamenta a Cretensibus ad mare fuisse jacta, ubi vetus iam Miletus condidet, idque duce Sarpedone, qui cum ex Cretica Miletto colonos adduxisset, urbi idem, quod Cretensi erat, nomen imposuerat.*

Novi, Ephori adcurationem ab ipso Polybio celebrari, a Strabone vero hunc autorem iam fabellarum dicam ferre, iam laudari etiam; nec multum etiam laborarem, Sarpedonisne, an Miletii caput in Amiseno numo repræsentetur, nisi bona Polybii & ipsius etiam Strabonis venia existimarem, propriam Milesiorum confessionem a Pausania indicatam adcurato etiam in aliis scriptori anteferrandam esse, præfertim cum περισάσεις idem suadeant. Leggo ex Nicandro apud Antonium Liberalem c. 30. βελῆς Σαρπηδόνος consulente id Sarpedone, itinere in Cariam suscepto Miletum suo de nomine condidisse. An non suafor Sarpedon pro ipso conditore obtrudi potuit? Ast nimis adfirmate Ephorus edicit, ex Miletio Cretica ductam fuisse

se coloniam; ita sane, ast id ipsum quam maxime in rem meam.

Omitto quærere, an non consequi cum novis colo-  
nis Sarpedon poterat, ubi Mileto tam feliciter omnia eve-  
nisse intellexerat; ita sane hodie examen hominum aliis  
ex regionibus in Austriam penetrat. Hac ratione utrum-  
que scriptorem conciliatum haberemus, verum alia magis  
adliquent: an non cedo! probabilius multo, quia a Mileto  
nostro ante ejusdem nominis urbs in Creta condita, qui  
ob id ipsum Minois indignationem incurrerat, illum novæ in  
Asia sfructæ idem nomen duplice titulo inposuisse: vel certo  
eorum aliquos, qui Ionum gladios ex Carica illa colonia effu-  
gerant, patria repetita ducis sui memoriam jactis fundamentis  
ipsa in insula conservasse? primum illud profecto commodio-  
rem fugæ causam subgerit, quam Minois, quos Nicander  
retulit, amores. Alterutrum ex numis conficiam denique,

Exhibuit nobis Venetus nobilissimus Arigonius suo ex  
museo *Tab. XVI. N. inter urbes 154.* numum, qui in an-  
tica masculum item inberbe, galeatum caput, in postica  
pharetram Creticam rectam ita repræsentat, ut epigraphe  
ipsa etiam medium velut numi fasciam, quemadmodum in  
Amiseno, aliisque Ponticis inpleat, in qua quidem scriba  
aut pictor, sicut alias alibi, lapsi fuerint ΜΙΛΕΣΕΙΩΝ  
effingendo, nisi quis monetam ad ea tempora referat, qua  
nullus literæ H, aut cum E promiscuus usus erat. Nu-  
num, quia liber non in omnium est manibus, *Tab. I. N. 7.*  
restituendum minore quidem, sed quam habuerit, for-  
ma curavi.

Ita iam existimo, et si ob numos tam apud Haymum, quam laudatum Arigonum ΛΑΟΔΙΚΕ inscriptos, atque consuetis Ponticarum typis insignes Laodicea aliqua, quam quidem geographi omnes ignorabant, in Ponto condenda fit, quia tamen certam in Creta Miletum tenemus: quippe cujus Homerus in Catalogo V. 145. ita meminit:

ΟΙ Κρωτσόντε χρον, Γορηνάτε τειχιστσαν,  
Λύκλον, Μιλητόν τε.

*Qui Cnossium, murisque bonam Gortyna tenebant,  
Lyctum, Miletumque,*

Quia, inquam, certam hujus nominis urbem in Creta tenemus, pro Arigonii numo nequaquam Ponticam officinam querendam, sed Cretico huic oppido eundem esse adscribendum, in quo cum signa sint eadem, quæ in Amifeno, probabili consecutione deducitur, & hanc Cretensem, & illam Lelegum incunabula sua ad eundem conditorem retulisse, seu deinde prius, seu tardius Cretica ista fundata fuerit.

Dixeram superius, parum mea interesse, Sarpedonis, an Miletii caput in Amifeno vetusto magis ære agnoscatur, quia caput Palladis, pro quo temere pronuntiatum erat, eversum ibam, indulgentior etiam ero, triumphet Ephorus contra Nicandrum, & ipsam Milesiorum confessionem, deduxerit coloniam ad Lelegas Sarpedon, arbitror, non alia sacra, non Lares ex Cretica Mileto deportasse alios, quam qui in insula, qui ea in urbe præcipue colebantur; Cretensis Miletii conditorem fuisse Miletum, ut nomen ipsum subfragatur, ita, qui inficietur, scio nem.

neminem, conditoribus divinos etiam honores habitos, paullo ante, ubi de statua Autolyci, didicimus, quare si nihil foret præterea, in monitis coloniarum primum ex Carica Mileto deductarum, cujusmodi Amisus, aliud caput, quam Miletii nostri, nec superstes ipse Sarpedon præcudi voluisset unquam, id quod demonstrandum potissimum adsumsi.

Ait graviora sunt alia, quæ nobis forsan viam ad reliqua aversæ partis signa explicanda etiam sternet. Quis Milesios Cretenses conditoris sui tam incurios existimabit, si Miletii ipsam infantiam alia quædam ejusdem insulæ civitas heroico cultu est prosecuta. Refert ex Nicandro Antoninus Liberalis loco superiorius indicato: Απόλλωνος καὶ Ακακαλίδος τῆς Μήνω Θυγατρὸς ἐγένετο παῖς ἐν Κρήτῃ Μίλητος: τοῖσιν ἡ Ακακαλίς δείσασα Μήνω ἐξέβαλεν εἰς τὴν ὄλην, καὶ ὄλον ἐπιφοιλῶντες λύκοι, βιβλῇ Απολλωνος, ἐφύλαττον, καὶ ὥρεγον παρὰ μέρος γάλα. In Creta Miletus ex Apolline & Acacallide Minois filia est natus: eum a matre Minois metu in silva expositum lupi frequentantes non solum jussu Apollinis custodiverunt, sed lacte præbito nutriverunt per vias etiam.

Neve de alio, quam de nostro, sermonem esse, quis dubitet, subjicitur, eum, ut flagitium a Minoe intentatum evitaret, fuga in Cariam suscepta, Miletum urbem condidisse; εἰς Καρίαν ἀποδιδράσκει, καὶ πόλιν ἐνταῦθοι οὔσας Μίλητον κ. τ. λ. Inspiciantur iam Cydoniatarum numi, & sub imperatoribus etiam nobis puerum a lupa lactatum representabunt, ejusmodi numi in solo Vaillantio sub Augusto, Claudio, Nerone, Domitiano &c. consignantur. Ve-

rum liceat illis inhærere, in quibus caput imperatoris anticam partem non obsidebat, tum vero in postica aut lunam crescentem solam, aut hanc cum astro ita intueor, ut idem signum in numo Amiseno, aliisque nequaquam ab origine Mithradatum Persica (quam Haymii conjecturam iam obelo fixi) peti debere existimem, sed id ipsum Cretam sapere existimem.

En ut argumentationem instruo: per Cl. Haymum numus Amastreos cum epocha, per me numi Pontici cum pharetra, & epocha item, Mithradates præcedunt, quia ergo tam in numo Pharnacis avi Mithradatis Eupatoris apud Vaillantium *Hist. Regg. Ponti* pag. 52. ex museo M. ducis Hetruriæ relato, quam in ipsius Mithradatis Eupatoris numis eadem astra se objiciunt, horum, aut religio, aut indicium anteriora aliqua tempora respicit, & forsitan ipsam coloniarum originem.

Si Miletum Ionicam considero, astrum illud, quod in posterioribus ejus numis cum leone per errorem Colchis adtributum est, sane ad Dydinæum Apollinem referri poterit, utpote cuius templum iam ante exactos ab Ionibus Cretenses teste Pausania *L. VII. c. 2.* pag. 525. constitutum erat; Ast quomodo vicinam Dianam Ephesiam, de qua idem commemorat, ad lunæ crescentis signum adtrahemus? nunquam istiusmodi conbinationem probabili arguento stabilitam videre me memini.

Fateor, alicui dei Luni in mentem venire posse, qui Cabiris summa religione colebatur teste Srabone *L. XII.* pag. 557. Εἵμων δοι βασιλεῖς τὸ ιερὸν τεῦλο εἴς ὑπερβολὴν,

βολὴν, ὡς τὸν βασιλικὸν καλέμενον ὄρκον τείλον ἀπέφηναν τύχην βασιλέως, καὶ Μῆνα Φαράκου. Usque adeo id fanum reges venerati sunt, ut jusjurandum, quod regium dicitur, his verbis conciperetur: per regis fortunam, & Lunum Pharnacis. Verum quis non videt, iterum de regibus mentionem hic fieri, quibus Amisenum meum numum antiquiorum existimo, disertis enim verbis Strabo templum iερὸν Φαράκου καλέμενον, quod Pharnacis dicebatur, nominat.

Dicam, quod sentio: mallem Tauricam Dianam adcertere, scribit enim Pausanias L. III. c. 16. pag. 249. διαμεμένικεν ἔτι καὶ νῦν τυλικεῖο ὄνομα τῇ Ταυρικῇ Θεῷ, ὡς ἀμριστηλέσι μὲν Καππάδοκες, καὶ οἱ τὸν Εὔξεινον οἰκήσιες τὸ ἄγαλμα εἶναι παρὰ σφίσι. In hanc diem tam celebre est Tauricæ Diana nomen, ut Cappadoces cum Ponticis, apud utram gentem signum sit, inter se certent. An enim tam humiles nobis Græcarum illarum urbium ejus temporis cives fingemus, qui, si etiam numi Amiseni moles, & cælatura congruerent, victoris religiones illico ita amplexi fuissent, ut moneta suis in officinis cusa turpem servitutem palam faterentur?

Majore contentione hæc dispergo, quia de Sinope apud Strabonem L. XII. pag. 545. lego: ἐδάλευσε Φαράκη πρότοι, eam nonnisi sub Pharnace (primo nempe) libertatem amisisse; Eadem fata haud dubie tum experta fuerit Amisus, de qua quidem nihil in historicis adnotatum invenio; Et hæc forsitan infortunium suum, etiam epocha constituta, cuius annus XII. tum fluebat, publico in ære ad Græci nominis perpetuum dedecus posteris transmiserit?

Omnis hos scopulos effugio, dum, quemadmodum caput, & pharetram, ita astra etiam Cretico ex fonte, atque ipsis ex numis haurio. Per solem seu astrum Apollinem designari, ut in vulgus notum est, ita nemo negaverit, a Cydoniatis monetariis illud quam aptissime suis numis insertum, qui enim Apollinis filium a lupa lactatum suo in ære cælarunt, an non percommode patrem, cuius imperio ex Nicandri superius laudati, fententia a vorace hoc grege & custoditus, & nutritus fuit, aversa numi parte conjunxerint? Quid quod in Milesiorum numismate apud Arigonum medium item astrum præ vultu capitatis galeati repræsentetur, & forsan lunæ cornua videmus etiam, si edacitatem temporis effugisset numus.

De lunæ signo priusquam agam, amicitiae illud vinculum dissimulare non possum, quod Cydoniatis persuaserit, ut fata Miletii sua in pecunia ferirent. Omnes conveniunt, oppidi hujus conditorem Cydonem fuisse, quem et si ex Arcadia adcersat Pausanias *L. VIII. c. 53. pag. 707*, fatetur tamen: Κρῆτες δὲ ἔχομοι λογέντες τῷ Τεγεαῖων λόγῳ Κύδωνα μὲν Ακαλλίδος Θυγάτρος Μίνω, καὶ Ερμῆ. Cretenses vero a Tegeatarum narratione dissentientes Cydonem Acacallidis, Minois filia, ex Mercurio filium adserere. Idem confirmat Alexander *L. I. Cretic. a Scholiaste Apollonii Rhodii L. IV. Argonaut. V. 1492. relatus Tῇ Ακαλλίδῃ συνελθεῖ φυσὶ, τὸν Ερμῆν, καὶ τὸν Απόλλωνα καὶ ἐν μὲν Απόλλωνος γενεθαὶ Νάξον, ἐν δὲ Ερμῆ Κύδωνα: ἀφ' ἐν πόλις Κυδωνίᾳ καλεῖται. Mercurium, & Apollinem dicit cum Acacallide consuetudinem habuisse: & ex Apolline quidem genitum Naxum, Cydonem vero ex Mercurio: a quo Cydonia oppidum nomen habet. Similia ex eodem fonte leges agud Scholia-*

liasten Theocriti *Idyl. VII. ad v. 12.* Fratres igitur ex matre erant Cydon & Miletus, idque Cretensium communi, & in priscis monumentis fundata opinione.

Jam ad lunam; Britomarten, seu Dictynnam respicere pene certus sum, si Cydoniatarum situm, denique universæ Cretæ religiones considero. Per lunam eam designatam docet nos Virgilius in Ciri, ubi v. 4. & 5. ita canit:

*Alii, quo notior esse,  
Dictynnam dixerit tuo de nomine lunam.*

Supersedeo hic pluribus de Britomarte, quæ de minus forsan aliquibus noto numine dicenda forent, ad numum Polyrheniorum, inferius exhibendum, differo, in conprobanda cum Cydoniatarum, tum Cretensium omnium ejusdem veneratione hic solum elaborandum. Strabo *L. X. pag. 479.* ubi Callimachum corrigit, qui Dicten montem Cydoniæ admovet, ita: Τῆς μέντοι Κυδώνιας ὥρος ἐστι Τίτυρος, vel ut alii legunt, τύρος, ἐν φερόν ἐστι εἰ Διλαιόν, ἀλλὰ Διλυρράον. *Mons Cydonie est Tityrus, vel Tyrus,* inque eo templum non Dictæum, sed Dictynæum. De eadem hac æde laudatus ante poeta *Hymn. in Dianam v. 200.*

*Ανεσίσταντο δὲ βωμούς*

*Iερᾶτε πεζοῖ.*

*struetis arisque Cydones  
Sacra etiam faciunt.*

Ubi observandum, interpretum plures velle, Κυδώνιας hic universum pro Cretensibus esse positos, hos etiam αὐτοχθόνας indigenas agnoscit Strabo *L. X. pag. 475;* ut tem-

templa alia , de quibus idem , præteream , luculentus est Diodori locus *L. V.* pag. 236. Θυσιαις τελιμηθαι παρὰ τοῖς Κρῆσι τὸν θεὸν ταῦτων . Deam hanc apud Cretenses sacrificiis , & templorum substructionibus cultam esse . Pausanias vero *L. II. c. 30.* pag. 181. Σέβεστι δὲ & Κρῆς μόνον . Eam non Cretenses solum venerantur . *L. III. c. 14.* pag. 240. velut καὶ ἔξοχων Cretensium Britomartini eandem nominat , per ejus nomen publicum jusjurandum conceptum esse a civibus Cydonia multum dissitis , alibi ostendam .

Ut omnia exhaustam : in eo etiam adhærescere posset aliquis , cur idem χαραγμα a pluribus , & forsan omnibus Ponti urbibus adhibitum , an has inter conventus aliquis , ut inter Aetolos , & Achaeos coaluit ? id ipsum suspicabar primum , verum cum ejusmodi societatis apud scriptores ne vestigium quidem reperiorem , in coloniarum deductarum progenie conquiescendum est , de quarum in retinendis metropoleos signis consuetudine , ne dicam , constantia antiquarii convicti sumus . Certissimam vero hanc in rem fidem suam interponit Strabo *L. XIV.* pag. 635. de decoribus Miletii loquens : μέγιστον δὲ τὸ πλῆθος τῶν ἀπόθηκων ὅτε γὰρ Εὔξενος πόνιος ὑπὸ τεῖλων συνάπτει ΠΑΣ . Maximum vero coloniarum deductarum multitudo , etenim Euximum Pontum OMNEM incolis Milesii frequentavabantur .

Ut quam paucissima singillatim dicam , Sinopen , cuius numum cum pharetra suo loco proferam , eorundem coloniam Strabo cum aliis adserit *L. XII.* pag. 545. Επίσταν μὲν ἐν αὐτῷ Μιλέσιοι . Hanc Milesii condiderunt . A Sinopen-

nopensibus propagatae sunt Trapezus, Cerasus, & Cotyora teste Xenophonte *L.V. de expeditione Cyri pag. 355.* Sinopenses ibi oratores pro Cotyoritis in hunc modum loquentes inducit: Κονιωρίται δέ οἱοι εἰσὶ μὲν ἡμέτεροι ἀποτοι, καὶ τὸν χώραν ἡμεῖς ἀυτοῖς ταύτην παραδεδώκαμεν βαρβάρος ἀφελόμενοι, διὸ καὶ δασμὸν ἡμῖν φέρουσιν οὗτοι τεταγμένον, καὶ Κερασέντιοι, καὶ Τραπεζέντιοι ὡσάντως. Cotyoratae vero hi a nobis in coloniam deducti sunt, qui eis etiam agrum hunc barbaris adcmntum tradidimus, atque propterea quoque nobis vecligal constitutum, ut Cerasuntii & Trapezuntii pendunt.

Id hic obiter quæro, an cum mos in Ponto sub annum A. X. 401, quo Xenophon reliquos de cciōc Græcorum a Cyri junioris exercitu per has regiones reduxit, cum, inquam, mos obtinuerit, ut deductæ coloniæ matri urbi tributum penderent, an non probabilius sit, eas multo leviorem etiam illam obsequii contestationem præstittisse, qua idem in signanda moneta typarium retinebant? ast alio typo Trapezuntinum numum nobis repræsentat Goltzius; cedo! quam diversa alia in Amisenis & Sinopensibus conspicimus? neque tamen ante Sinopensem meum cum pharetra, ejus urbis productus est aliquis; Quamdiu eodem instrumento insignis Laodicenus Arigonii numus latuit? Ceterum quod ad diversas illas, seu metallum & cælaturam, seu imagines spectes, ejusdem urbis Ponticæ monetas adtinet, atque illas præcipue, quæ percussa ægide pluribus sunt communes, ubi Sinopensem proferam, adtingam aliqua, cum hic sub manu nata materia ne cogitanti quidem ad plures iam paginas excurrerit, atque de epocha præsentis numi præterea dicenda sint aliqua.

Cl. Haymio ætas numi Amastreos diffusasit, ne annis ibidem signatis initium in Mithradatis regno quæreret, gemina est mei numismatis conditio, quod cum ea, qua depictum est, diametro crassitatem in margine captam, unius lineæ & semis cum tribus punctis conjungit, ipsaque cælatura antiquius aliquod tempus spirat, quare ut laudatus antiquarius initium æræ Amastreos ad Seleuci Syriæ regis post sublatum Lysimachum annos constituit, ita Amisenæ etiam exordium ab anno Seleuc. 32. A. X. 281. ducentum existimo, idque cum propterea, quod epochæ in numis Græcis signatae exemplum ante Seleucidias, chronicarum harum notarum fere autores, nec videre, nec legere me memini: tum quod huic tempori aptissime congruit; rem ex Memnone apud Photium declarabo.

Narrat c. X. pag. 714. Τὰς Ἡρακλεώτας πειθομένας τὴν ἀναιρεσιν Δυσιμάχῳ - - - τάστε γνώμας ἀναρρόωνθαι, πρὸς τὸν τῆς ἐλευθερίας ἀνδραγαθίζεθαι πόθον, ἢν δὲ καὶ πέπτεσιν ὑπότε τῶν ἐμφυλίων τυράννων, καὶ μετ' ἐπείνας ὑπὸ Δυσιμάχῳ ἀφήρηντο. Heracleotas, audita Lysimachi morte, animos confirmasse, atque masculos omnes spiritus in desiderium recuperandæ libertatis conlegisse, quam per LXXXIV annos tyranni domestici, & post eos Lysimachus erexit tam tenuerant. Ad postrema potissimum verba adtentionem defigo, arbitrorque, nec alias Ponti urbes benigniorem expertas hunc principem.

Retulit idem: Εν τέτω δὲ Σέλευκος Αφροδίσιον πεμπει διοικητὴν εἶστε τὰς ἐν Φρυγίᾳ πόλεις, καὶ τὰς ὑπερκειμενας τῇ Πόντῳ. Ο δὲ διαπραξάμενος, ἃ ἐβέλετο, καὶ ἐπανὶων τῶν μὲν ἄλλων ἐν ἐπαίνοις ἥν, Ηρακλεώτων δὲ κατηγόρει

ρει, μὴ ἐνομῶς ἔχειν τοῖς τῇ Σελεύκῃ πράγμασι. Sub hæc Selenus procuratorem Aphrodisium (pessime hic vertit Schottus: *in oppida Phrygiæ, quæ adjacent Ponto, apte vero Cl. Gedoy Mem. de l'Acad. des Inschr. T. XIV. pag. 291.* & dans celles, qui étoient le long du Pont) & ad illa, quæ ultra Ponto adjacent, dimittit. Hic rebus, quarum causa venerat, confectis redux in aliarum quidem civitatum laude prolixus fuit, Heracleotas vero animi a Seleuco aversi adiungebat.

Eccur tam promptis in Seleucum studiis fuissent urbes Ponticæ, nisi ante ab Lysimacho obpresso libertatem recepissent? existimo enim, has, si liberæ fuissent, magis repugnaturas, quam Heracleotas ipsos, cum quia hi tot annorum adsuetudine jugum jam ferebant minus inique, tum quia alias finitimæ Ponti urbes, exemplo doctæ, æque tristia sibi fata ab Seleuco inpendere, prudenter metuere debebant.

Quare cum ipsi Heracleotæ Seleuco, quamvis sibi ante gravius irato, vivo libertatem obtinuerint exilibus receptis, ut sub finem ejus capitis testatur Memnon: Καὶ οἱ Ἡρακλέωται τὸν εἰρημένον τρόπον τῆς παλαιᾶς ἐνγενείαςτε, καὶ πολιτείας ἐπελαμβάνοντο. Hoc igitur modo in antiquum nobilitatis, & gubernationis statum se vindicarunt; eundem favorem aliis post Lysimachi oppressionem obtigisse, atque eam ob rem constitutam fuisse æram, dubitare non finit civitatum ejus temporis usus.

Quousque vero se hæc epocha porrexerit, numorum & historicorum testimonio destitutus adfirmare non ausim,

id unum confirmationis loco adjicio, ex duplixi æra Sinopen-  
fi, altera V. C. 684, altera 709. a Frœlicchio nostro demon-  
strata conjici, ut epochas mutabant facile, ita fere a liber-  
tatis recuperatæ gloria, aut beneficio pari easdem duxisse.

## A R A D I O R U M .

I. Caput Solis radiatum. )( APAΔΙΩΝ. EOT. *Aradiorum.* anno CCCLXXV. Navigium aut calathus, ex quo spicæ duæ cum plantæ alicujus ramusculo eminent. *Tab. I. N. 8.*

II. Caput muliebre turritum. )( AP in monogramma contractum; Navis cum propugnatore armato ad proram, in area clavæ, aut spicæ signum. *Tab. I. N. 9.*

Moneta, quam primam indicavi, numophylacium Cl. Ilgneri ornat, & signis utriusque partis, & epocha spectabilis. Et si Aradiorum antiquitas, urbis in insula parvo freto a continente Phœnices dirempta situs notus est omnibus, non pauca tamen ad eruditionis fines proferendos ejus occasione me in lucem protracturum spero. Ab epocha, quæ hactenus fluctuat, exordiar: Non unam, sed duas huic urbi epochas, & quidem eodem in nūmo signatas tribuerunt Begerus & Spanhemius *Thes. Brand. T. I. pag. 405.* & seqq. nempe recentiorem unam, quam ille, quemadmodum Harduinus, cum Seleucidarum initium idem habuisse suspicabatur: hic vero ad annum V. C. 494., vel 495 retulit: altera antiquior Inlustriſſimo antiquario ad tempora Darii nothi ascendere videbatur.

Neu-

Neutrum errorem errassent Viri eruditissimi, nisi unifere numo conjecturas suas superstruxissent. Id antequam demonstrem, placuit laterculum epocharum, quæ in numis sine imperatoris capite editis ad meam notitiam pervenerunt, subjicere museis adscriptis.

	<i>Epochæ.</i>	<i>Literæ infra vel supra eas positaæ.</i>	<i>Musea &amp; Autores.</i>
I	BMP. 142	ZN. 57	Theupoli.
	BNP. 152	q. OC. 299	Theupoli. Begerus.
	ΘΞΡ 169		Spanheim apud Begerum ex museo Princ. Chigii.
	POΔ. 174	ΦΞ CN NqP	560 250
	POE. 175	KN ΠC M9	280
	POE. 175	KN ΠC P9	280 190
			Froelich <i>Annal.</i>
			<i>Regum Syriae.</i>

		<i>Epochæ.</i>	<i>Literæ infra vel supra eas positiæ.</i>		<i>Musea &amp; Autores.</i>
IV	P <small>II</small> Δ	184	BC Δ ---	202	Tab. XI.
V	P <small>II</small> S	186	AC ΔT ---	201 404	
	E <small>Q</small> P	195	E <small>ω</small> M	945	Vaillant <i>Hist. Reg. Syr.</i> pag. 344.
	Z <small>Q</small> P	197	AΣ	201	Theupoli
	ΘKC	229	AN	51	Recueil de Med. de Rois &c. pag. 83.
	EOT	375			Noster <i>ex museo Ilgne-</i> <i>riano.</i>

Hoc si præ oculis habuissent laudati duumviri, profecto nunquam ad Darii nothi tempora eluctari placuisset, ex solis enim a Frœlicchio adductis liquet, literas tam superiores, quam inferiores ad numeros, atque adeo ad epocham referri non posse, cum quod nonnunquam duæ jungantur decades, ut numo I. No. II. Mo. III. KN., tum quod, si numeri forent, annis alterius certæ epochæ crescentibus, hos profecto augeri oporteret etiam, verum contrarium liquet ex numis I & II, ubi genuinæ epochæ charactere-

racteres unitate solum discrepant, item numo IV, & V binario diversis, seu superiores, seu inferiores in iis notas combines, nihil incrementi, distorta videbis omnia.

Duo hic ex me quæret lector benevolus, ecquid porro hæ notæ, literæve sibi velint, deinde, quid ad Aradum faciant numi, quos Frœlichius Cl. Liebeum secutus, Cleopatræ trium regum Syriæ uxori, quatuor matri attribuit. Quod primum adtinet, Davum me non Oedipum cum Frœlichio profiteor, id tamen suspicor, aliquas harum sparsarum, atque male depictarum literarum, præfertim existimatum illud 9 caudula magis curva, literas esse Phœnicias, quam conjecturam plures aliquando producti numi, ut spero, confirmabunt.

De altero hoc habe: numos hos de industria produxi, ut de Frœlichii lapsu monerem, qua in re id ago, quod magister meus optimus ageret, si vixisset hactenus, qui enim ejus libros triverit, non uno in loco, ubi meliora doctus fuerat, sincera facilitate sententiam mutasse, observabit. Idem hic evenit, nihil enim cum Cleopatra, nihil cum æra Seleucidarum communè habere hosce numos luculenter nos docuit autor *anonymus libri: Recueil de Médailles de Rois, qui n'ont point encore été publiées, ou qui sont peu connues à Paris 1762.*, nam pag. 83. plures simillimos cum aliis numerorum notis in classe urbium dum adservari testatur, qui ob similitudinem numorum Aradiorum sub augustis cuforum, seu bovem, seu caput & cælaturæ rationem spectemus, omnium consensu huic urbi adtribuendi sunt, unum geminum cum Frœlichianis, atque integerimum epocha CKΘ seu 229 insignem commemorat, cuius

lus anni characteres ad æram Seleucidarum exacti, quia in tempus morte Cleopatræ 38 annis posterius incident, liquidissime demonstrant, Frœlichium vestigiis Liebei, & paucorum numorum conspirantibus numerorum notis deceptum, neque in his Seleucidarum, qua utebatur Cleopatra, sed propriam Aradiorum æram percussam esse, de qua mox.

Parte laboris in refutando altero Begeri errore me iam liberavit Emin. Norisius dum *Op. T. II. Diss. IV. de epoch. Syromac. col. 454. & seq.* ostendit, Aradiorum epochæ initium, nec ultra annum V. C. 494. in anteriora tempora removeri, nec in posteriora anno V. C. 496. rejici posse, ut adeo æræ exordium inter annos 494. & 496. fluctuet, et si vir eruditissimus in annum 495. magis propendeat. Quam hic optarem, ut vel Ilgnerianus numus annum unitate majorem præferret, vel ut constaret, eundem post Augusti mensis medium percussum, tum enimvero pro anno 494 pronunciandum esse, me effecturum confiderem ex antica præsentis numismatis parte.

Ita nempe mecum: Solis, seu Phœbi caput præfert numisma; quis antiquariorum ignorat, Orientem non raro hoc signo denotari? atque dum de Trajano res est, quam maxime, cuius honori plures hoc typo monetæ, & forsan ab ipsis Aradiis procusi fuerint; singularis fane, neque hactenus editus numus aureus in museo Perinl. de France adservatur, in cuius aversa facie figura eadem cælata, qui numus, quia titulum Parthici etiam consignatum habet, postremis duobus annis (ut iam Norisius confecit) feriri debuit. Cedo! quid his imaginibus volebant aliud officiosarum ci-

vita-

vitatum monetarii, quam principi optimo factas per orientis provincias expeditiones gratulari, feliciores augurari alias?

Finge iam, Hadrianum ad finem vergente anno Aradiorum CCCLXXV (id quod fieri debet, si initium æræ cum Norifio adfigitur anno V. C. 495.) nempe V. C. 870. II. Augsti adivisse imperium, an non Aradii, aliive cives principi insultasse, dicendi erunt, qui Orientis signo numeros procudissent, cum fluente eodem anno Juliano, Hadrianus retractis illico ex Armenia, Affyria, Mesopotamia copiis, tantis inpenis, tanto sanguine partas provincias abdicaverit? Sed quorsum hæc inquies? Viam ad epocham probabili conjectura stabilendam conplanatam habebit is, cui numus nostro geminus eo, quem optaveram, anno signatus obtigerit, et si nullus Hadriani cum anno Aradiorum 375, aut Trajani cum notis 376. in lucem proferetur unquam.

Quæ in postica parte cælata objiciuntur, discutienda superfunt; cum numi hujus urbis alii, tum altius quoddam versus epigraphen rostrum naviculam potius, quam calathum exhiberi mihi persuadent. Ut fertilitatem alias spicæ indicant, ita moneo, ne quis agros in insula quærat, ita enim nobis eam depingit Strabo L. XIII. pag. 753. Εἰ δὲ πέτρα περίπλυσος ὅσον ἐπὶ τὰ τὸν κύκλον σαδίων πλήρης καλεῖται· τοσαῦτὴ δὲ ναυαρδίᾳ πέχρηι μέχρι καὶ νῦν, ὡςε πολυορύφας ὀμέστι τάς οἰκίας. Est autem saxum a mari circumfusum septem fere stadiorum ambitu: tanta tamen hominum multitudine hodie etiam frequentatur, ut domus plurium contignationum inhabitent. In eandem sententiam Mela L. II. c. 7. ubi de

mediterranei insulis agit. *Aradus etiam in Phœnico est parva, & quantum patet, tota oppidum.*

Scio quidem ex perfugio virorum potentiae & auctoritatis summae magnam objectæ continentis partem adcessisse, ita enim indicato loco Strabo: ὡς ἐν τοῖς χώραντες ἐκ Τίσαντος τῆς περαίας πολλὴν, ἵνες τὸν πλείστην ἔχεσθαι καὶ νῦν. *Hinc factum ut magnam obpositæ regionis partem obtinuerint, cuius maximum tractum etiam nunc possident.* Verum, quia multum hæsito, an hic terrarum tractus, qui juxta recentiora itineraria in plano se ad XII. in longum, ad VI. leucas in latum extendit, adeo ferox fuerit, ut vel tantæ multitudini in scopulo habitanti annonam, quantum satis est, præberet, non tam soli ubertatem (nisi forsan Aegyptiorum more annos magis fertiles in ære consignassent) quam commercium celebrari hic arbitror,

Ipsa hæc mea conjectio difficilliorem reddit plantæ adstitutæ explicationem, quæ universim in numis repræsentatæ non tam facile ad Cl. Linnæi systema redigi possunt, etenim urbs commerciis florens unde demum cunque eas adportare poterat. Si quid tamen audendum est, eam ad rem unguentariam adhibitam, atque cœnanthen esse existimarem potius, quam vitem suis botris turgidam, cum horum ad spicas cælatas nulla proportio.

De cœnanthe ita Plinius *L. XII. c. 28.* *Eft autem vitis labruscæ uva, colligitur, cum floret, id est, cum optime olet. - - - atque in cados conditur.* De eadem loquens Dioscorides *L. V. c. 5.* opinionem magis confirmat, ait enim: καλλιστὴ δὲ γίνεται ἐν Συρίᾳ, καὶ Κιλικίᾳ, καὶ Φωκίᾳ. *Optima vero*

*vero in Syria, Cilicia, & Phœnice provenit. Commercio in Græciam utilissimam fuisse ex Athenæo conficio, qui œnanthinum unguentum commemorans adjicit: ἐν δὲ Ελαΐδι ἡ γίνεται διὰ τὸ ἄστμον. unguentum hoc in Græcia non confit, quia inodora œnanthe.*

Si quis tamen fructus pro floribus ex ramusculo pendulos sibi videre videretur, myrobalanum indico ex laudato Plinio c. 21. ubi: *Troglodytis, & Thebaidi, & Arabia, quæ Judæam ab Aegypto distinguit, commune est, nascens unguento, ut ipso nomine adpareat, quo item indicatur & glandem esse arboris, heliotropio - - - - simili folio, fructus magnitudine avellanæ nucis. Ex his in Arabia nascens Syria adpellatur. Neinpe quia a Phœnicibus alias in regiones deportabatur, ut fabam Cabue seu Mochanam a Batavis ex America advectam, Hollandicum Caffe dicimus.*

## II.

Posterior numulus ex modica mea penu protractus id fere præstantiae habet, quod in Gesneri conlectione abest, neque signorum explicatio operam adcuratiorem exigit. Caput turritum paucis forsan aliis oppidis meliore jure eonpetere, supra ex Pomponio vidimus; Rem nauticam, a Sidoniis oriundos, diligentissime coluisse Aradios, præter sacros scriptores testatur pro recentiore etiam ætate Strabo libro indicato pag. 754. Προτεθεσαν δὲ τῇ εὐτυχίᾳ ταῦτη καὶ πρόνοιαν, καὶ φιλοπονίαν πρὸς τὴν Θαλαττργίαν. *Huic vero felicitati (qua Seleucidarum tempore florabant) & providentiam addiderunt, & rei navalis studium.*

Ut navis iam in portu est, ita mox propugnatorem ex prora militem etiam salvum præstabo.

Non illam solum, quæ lucris intenta est, nauticam, sed bellicam etiam coluisse generosos cives, ut alia omittam, satis declarat legatus Antiochi III. regis Syriæ ad Quintium Cos, qui dum vires ejus navales deprædicat apud Livium *L. XXXV. c. 49.* *dextrum*, ait, *cornu Sidonios, & Tyrios: sinistrum Aradios, & ex Pamphylia Sidetas tenere, quas gentes nullæ unquam nec arte, nec virtute navaliter equassent.* Fateor huic orationi non parum ex milite glorioso inspersum esse, neque tamen Quintius Aradiorum, aut aliorum classiarium sociorum probatam virtutem, sed legati mendacia, velut harum gentium classibus rex adjutus esset, exploxit.

An numus hic Gerostrati postremi Aradiorum regis ætati, qui se Alexandro dedidit, ut ex Arriano *L. II. c. 13. pag. 83.* discimus, conveniat, pronunciare quidem non ausim, artificium tamen & cælatura antiquitatem spirat, & forsan si numum Philippi Arrhidæi fratris Alexandri *M. hac in urbe, eodemque cum monogrammate, & navis typum percussum ad manus haberem, res decideretur;* hujus principis numum conmemoro, quia, ut eruditæ monet Cl. *Anonymous Recueil de Medailles de Rois &c. pag. 10.* hi soli tuto ei adtribui possunt, cum Philippus II. nunquam eo usque arma sua protulerit. An, quod in area navi imminet, clava, an arista sit, distinguere non potui, quidcunque demum fuerit, monetarii arbitrio positum signum existimo.

## HIPONIENSIMUM.

Caput Jovis laureatum, & barbatum. ΔΙΟΣ. *Jovis*  
 ΗΠΩΝΙΕΩΝ. *Hiponiensum*. Vas ansatum inferius con-  
 vergens, astrum, & caduceus. *Tab. I. N. 10.*

Inde ab edita Cl. Goltzii *Magna Græcia* unicum hu-  
 jus civitatis numum habuimus; tantam penuriam, nescio,  
 qua aut fissionis cessatione, aut temporis iniquitate indu-  
 etam mirifice recreare debet moneta ex eodem Ilgneria-  
 no museo, ut orthographiæ ratione, & signis alia, ita viri-  
 di æris crusta eleganter convestita. Crescit ejus pretium  
 ex ipso typo, qui vel tacentibus historicis ejus remotam  
 originem prodit. Quando Hiponium condita fuerit, nus-  
 quam adnotatum reperi; Gelonis Syracusani tempore, at-  
 que adeo A. X. 491. iam floruisse suadet Duris apud A-  
 thenæum L. XII. pag. 541. ὅ seqq. Δέρις δὲ ἐν τῇ δεκά-  
 ῃ τῶν περὶ Αγαθοκλεῶν καὶ πλησίον Ιππωνίας πόλεως ἄλσος  
 τι δεῖνυθαι κάλλει διαφέρον, καὶ κατάρρυτον ὕδατιν, ἐν ᾧ καὶ  
 τόπον Ινὰ εἶναι παλέμενον Αμαλθεῖας πέρας, ὁ τὸν Γέλωνα  
 κατασκευάσαι. Duris L. X. *bistoriæ Agathocleæ scribit*, ad  
*Hipponium ostendi nemus per amena pulcritudine excellens,*  
*aquis irriguum, in quo Gelo aedificatum ab se locum cornu A-*  
*maltheæ nominaverat.*

Conditores Locrenses indicat Strabo L. VI. pag. 256.  
*Ιππώνιον Λοκρῶν οἴσμα.* Sed quos illos; an qui ad Par-  
 naßsum Phocidi incumbebant? an qui iam in Oenotriam de-  
 ducti ad Zephyrium promontorium Magnam Græciam in-  
 coluerunt, Epizephyrii propterea dicti? Vicinia sane pro  
 his

his pronuntiat ; suadet id exemplum Crotoniatarum , quos Terinæ eodem in litore , et si in obposito habitabant , conditores facit Plinius *L. III. c. 5. pag. 185. edit. Hard.* Addic-  
tit etiam ætas , nam eodem Strabone teste *pag 259.* μι-  
κρὸν ὕσερον τῆς ἀπὸ Κρότωνος , καὶ Συρακοσίων κλίσεως ἀπο-  
κιθένης ὑπὸ Ευάνθες . *Colonia ab Evanthe non multum*  
*post Crotonem & Syracusas conditas deducta;* quarum ur-  
bium fundationem ad annum A. X. 710. vulgo referimus ,  
atque adeo tempus sufficiens fundandæ ad finum Terinæum  
coloniæ intererat.

Quamvis satis apte hæc consentiunt , dubium tamen mihi suboritur ex diversis scriptorum sententiis de ipsa Epizephyriorum origine , quod numi præsentis typus etiam auget ; Notum est Græcam Locridem in tres gentes tributam fuisse : Opuntios , Epicnemidios , & Ozolas . Ab his postremis Tyrrhenum litus frequentatum esse , satis acriter disputat Strabo loco indicato . Λοκρῶν ἀποίκοι τῶν ἐν τῷ Κρισσαῖο Κόλπῳ - - - - - Εφορος δ' ἐπὶ έν , τῷ Οπούντιῶν Λοκρῶν ἀποίκες φίσας . *Locrorum in Crissæ finu habitantium colonia.* - - - - - Hallucinatur vero Ἐφorus , qui eos ex Opuntiorum agro venisse narrat . Ejus opinionis non uno loco est Eustathius scilicet in Dionysii v. 364. & Iliad. II. V. 531. ubi : οἱ Εσπέριοι καὶ Οζόλαι ἐκαλέντο - - - - - οἰκέντες κατὰ Κρισσαῖ πεδίον , ὑφ' ἧν ὕσερον καὶ ἀπομία εἰς Ιταλίαν ἐσάλη . Hesperii etiam Ozolæ dicebantur - - - - - juxta Crissæum campum habitantes , a quibus postea colonia in Italiā missa est .

Pro Epicnemidiis faciunt poetæ Latini , Virgilius qui-  
dem *Aenid. L. III. v. 399.*

Hic

Hic & Narycii posu'runt mœnia Locri.

Ovidius vero *Metam.* L. XV. v. 703.

Romechiumque legit, Caulonaque, Naryciamque.

Narycium urbem Plinius inter Epicnemidarum oppida recenset L. IV. c. 7. pag. 198. *Narycion, Alopè, Scarphia.* Ejusdem sententiæ est Diodorus Siculus L. XVI. pag. 437. Φᾶλλος δὲ σρατεύσας εἰς Λοκρίδης ἐπονομαζόμενος Επικνημίδης τὰς μὲν ἄλλας πόλεις ἔχειρώσατο πάσας, μίαν δὲ τὴν ὄνομαζομένην Αρύκαν διὰ προδοσίας νυκτὸς παραλαβών κ. 7. λ. Phayllus vero, cum exercitum adversus Locros cognomine Epicnemidios duceret, urbes alias omnes vi subegit, unam vero Arycam dictam dum nocturna proditione obtinuisset &c.

Idem L. XIV. pag. 301. de Ismenia Thebano loquens ejusdem cum peculiari aliqua, quæ huc facit, observatione meminerat: Σρατοπεδεύοντος ἀντὶ εἰς Αρύκας τῆς Λοκρίδος, ἐξ ᾧ φυσι τὸν Αἴαντα γεγενῆθαι κ. 7. λ. Cum castra metatus esset ad Arycus Locridis, qua in urbe Ajacem ortum dicunt, &c. Placuit hunc etiam locum adducere ob geminum Strabonis L. IX. pag. 425. Αἴας ὁ Λοκρὸς πατέριδος ὠν ῥῶ φυσι Αρύκε. Ajax Locrus Aryca urbe natus. Omnia enim hæc loca in mendo cubare, legendumque Ναρύκα, Ναρύκος bene monuit Cl. Salmasius *Exercit.* Plin. pag. 48. et si in eo labatur, quod Opuntiis eam urbem adscribit, quam cum diserta Diodori autoritas, tum vicinarum urbium Alopes, & Scarphiæ situs Epicnemidiis vendicat, de qua Scarphia Stephanus: πόλις Λοκρίδος τῶν Θερμοπυλῶν ἐγγίνει. Oppi-

*Oppidum Locridis vicinum Thermopylis, quo sane nemo unquam Opuntios extenderit.*

Tertia opinio hos ipsos Opuntios, ut supra de Ephoro vidimus, Epizephyriorum conditores fuisse contendit, atque huic præ aliis adcedendum esse arbitror, quantumcunque a Strabone vapulet Ephorus; geographi ceterum adcuratissimi sententiae, quia nulla ratione subnixæ obpono Scymnum Chium centum & amplius annis superiorum, is in sua περιγράφει. v. 311. ita:

Οι δὲ λεγόμενοι  
Επίζεφύριοι πλησίον καίναι Λοκροί.  
Et v. 315. Εἰσὶ δ' ἄποικοι τῶν Οπεντίων Λοκρῶν,  
Ἐνιοι δὲ Λοκρῶν φασι τῶν ἐν Οζόλαις.

*In proximo jacent  
Epizephyrii, qui solent dici Locri.  
Sed hi migrarunt ex Opuntiis Locris,  
Quidam colonos ait volunt ex Ozolis.*

Videmus hic geographum Chium cum Ephoro aperie sensisse, et si alteram quoque opinionem velut minus probabilem subjiciat; Quid enim cedo! aliud sibi vult illud *Eniōi Aliqui?* præcipue quia in exordio præmiserat:

Τέλων δ' ὅσα μὲν ἔυσηματ' ἔσι, καὶ σαφῆ,  
Επὶ νεφαλαῖς συπέμων ἐκθήσομαι,  
Οσα δέσιν ἀντῶν γε σαφῶς ἐγνωσμένα  
Ο κατὰ μέρος τῶν ἐξακριβώσει λόγος.

Hinc

*Hinc certa, quæque luce se produnt sua,  
Priore semper proferam brevis loco;  
Quæ vero dubia, & nota sunt vulgo minus,  
Sermone carmen subsequens seorsim dabit.*

Quis hic non videt, Ozolas ad τὰ σαφῶς ἐν γραπτῷ μέρᾳ ad minus certa referendos esse?

Ex quo ipso sic arguo: Ut res gestæ, quæ centum annis propius ad tempus, quo evenerunt, controversæ erant, difficilius posteriore aliqua ætate evolvuntur, nisi monumentum, aut grave argumentum aliquod subpetias veniat, ita in dubio, quo versamur, nudæ adsertioni Strabonis nihil esse deferendum, præsertim cum pro Scymni, & Ephori narratione rationes aliæ subpetant. Rem experiamur: Refert Pausanias, L III. c. 19. pag. 259. idque ex sermone Crotoniatarum Locris vicinorum: Πολέμῳ γὰρ Κροτωνιάταις συνεστηθῆσαν πρὸς τὴν ἐν Ιταλίᾳ Λοκρίαν, τῶν Λοκρῶν πατὴν οἰκεῖον ήταν πρὸς Οπωνίτες Αἴαντα τὸν Οἰλέων ἐς τὰς μάχας ἐπιπλάγμένων. n. 7. λ. Cum bellum inter Crotoniatas, & Locros Italiae exortum esset, his ob antiquam cum Opuntiis adfinitatem Ajacem Oilei velut pugnæ auspicio invocantibus &c. Unde hæc necessitudo inter populos tanto intervallo sejunctos, nisi quia eodem sanguine prognati Opuntiorum erant κοινωνα? Profecto Pausaniam συγγενεῖαν cognationem per οἰκεῖον nobis indicare voluisse, vel ex ipso Cononis apud Photium pag. 431. errore, quo Ajacem Opuntiorum regem Epizephyriis cognatum scribit, conficitur, quamvis cetera rem gestam nitidius, quam Pausanias persequatur, ita ille: Λοκροὶ μαχόμενοι, ἐπεὶ συγγενὲς αὐτοῖς Αἴας ἦν, ἐν τῇ παρατάξει χώραν κενὴν νέωστιν,

ώς δῆθεν Αἴας ἐν ἡ παραλάτοιο. *Locri pugnantes, quod eis Ajax cognatus fuit, in structa acie vacuum illi locum relinquere solent, velut ipse eo in ordine consisteret;* narrat deinde in bello contra Crotoniatas, de quo Pausanias, Autoleontem Crotoniatam per vacuum illud spatium intrumpere conantem a spectro in femore fuisse vulneratum.

Denique novimus, quam in retinendis suis etiam in publica moneta signis constantes, & religiosæ fuerint ex patria eductæ coloniæ; Conferatur iam numi nostri averfa pars cum numo, quem Goltzius in sua Græcia *Tab. XVIII. N. 4.* exhibet, similem plemochoen in utroque conspicimus, ita nominare placuit, quia in Athenæo *L. XI. pag. 496.* legi: **ΠΛΗΜΟΧΟΗ** σκέυος περιμεῖν βεμβριῶδες ἔδραιον ἱσυχῆ, ὃ κόπιλίσκον ἔνιοι προσαγορεύσων - - - χρῶνται δὲ ἀπὸ ἐν Ελευσίνι τῇ τελευταίᾳ τῶν μυστηρίων ἡμέρᾳ - - - ἐν ἦ δύο πλημοχόας πληρώσαντες, τὴν μὲν πρὸς ἀντολὰς, τὴν δὲ πρὸς δύσιν ἀνισάμενοι, ἀπαρέπεστε ἐπιλέγοντες ῥῆσιν μυστῶν. *Plemochoe vas fictile turbini puerorum luisibus destinato simile imo pede leniter, modiceque stabili fundatum, quod quidam coryliscum nominant - - - Eleusine eo ultima mysteriorum die utuntur - - - inpletas enim plemochoas duas, atque ad orientem unam, alteram ad occasum constitutas inter arcanarum precum recitationem evertunt.*

Idem vas se fistit ad latus Palladis in numo Locrorum a Goltzio ibidem *N. 10.* repræsentato, quem quidem non satis firmo arguento ad Locros Epicnemidios in commentario refert Cl. Nonnius, etenim caput in primo Opuntiorum numo *N. 3.* geminum est alteri, quod in Locrorum secundo *N. 8.* conspicitur, præterea simili Minervæ stantis

stantis typo, in Italia effossus numus superiore anno mihi Neapoli missus erat; Tam in hoc, quam in Hiponensi nostro astrum adest, quod in Opuntiorum duabus monetis apud laudatum antiquariae rei parentem totam aream averse partis conlustrat. Quare præter scriptorum testimonium ipsa numorum signa Hiponii origines ad tertium, ut ita loquar, gradum commonstrant.

Ad Hiponii propriam historiam iam transirem, nisi mihi aliquis in aurem ex Pausania quædam infusurraret, quibus, quæ haetenus stabiliui, everti posse viderentur, ita nempe legitur L. III. c. 3. pag. 209. Πολύδωρος τὸν βασιλειῶν παρέλαβεν ὁ Αλκαμένες, καὶ ἀπομίαντες ἐξ Ιταλίαν Λακεδαιμόνιον τὸν ἐξ Κρήτης ἔσειλαν, καὶ ἀπομίαντες ἐξ Λοκρίας τὴς πρὸς ἄκρα Ζεφυρίων. Regnante Polydoro Alcamenis filio Lacedæmonii colonias duas in Italiam deduxere, Crotonem nempe, & Locros ad Zephyrium promontorium. Quidquid ergo pro Locris, & Opuntiis quidem differui, conlaboravit.

Ita cogitaverit, quem antiquariæ musæ minus amaverint, mihi non solum nihil obturbat Pausanias, sed dicam lapsus historici illi etiam inpingere audeo; obturbat nihil: Crotonem, Locros nominat, conditæ itaque ambæ iam urbes erant, quis proinde Lacedæmoniis τῶν κτισῶν gloriam permittere poterit? Sed etiam posteriore aliquo tempore hanc transmigrationem evenisse, ipse sibi Pausanias fidem abrogat, quod tempore regni Polydori Lacoñes ad hæc oppida traductos narrat. Rem, ut se tulit occasio, adcuratius discutiamus.

Notissimum est, gravissimis bellis Spartanos cum Messeniiis conlisos fuisse, horum primum juxta chronologorum hodiernorum sententiam coepit anno A. X. 743. alterum ex Tyrtæi versibus, qui intererat, recruduit anno 684, quare intervallum inter utriusque initium erat 59. annorum; quia primum in 20 annos productum fuit, a primi fine ad exordium alterius conficiuntur anni quieti 39. Fini prioris belli cum conlega Theopompo aderat Polydorus, cuius utpote junioris, regnum quoisque in hæc quieta tempora excurrerit, nos destituunt historici; id certum, bellum alterum in regnum Anaxandri Eurycratis filii, & Polydori nepotis incidisse.

Nihil hic commemorabo de vulgari sententia, quæ Syracusas, & Crotonem eodem tempore ab Archia & Myrsello conditas anno A. X. 710. adfigit, ut adeo harum fundatio; atque multo magis Locrorum ex Strabonis commentariis supra indicatis probabilius mortem Polydori consecuta fuerit. Omitto, inquam, hoc, quia ob Hiponensium numum nolo de Græcarum in Itālia urbium originibus hic librum contexere, adjuncta solum ab ipso Pausania, certisque aliis scriptoribus subgesta, si expendo, hallucinatum hic esse Pausaniam dubitare non possum,

Narrat Pausanias *L. IV. c. 12. pag. 307.* de pugna, bello primo iam finem spectante ad Ithomen commissa: Λακεδαιμονίας δὲ ἐλύπει μὲν καὶ τὸ γεγονός πλάσμα τεθνεῖτων ἐν τῇ μάχῃ πολλῶνε, καὶ ἀξίε λόγε παρίσατο δὲ καὶ ἐς τὴν πάσαν ἐλπίδα τὰ πολεμώ σφίσω ἀδύμως ἔχειν. Lacedæmonios accepta quidem clades vehementer perculit, quum tam multis, & eos quidem minime obscuros viros amississent; Sed erat illud

*illud fere indignius, quod spes reliqua belli ex sententia confi-  
ciundi erecta videbatur.*

Scimus præterea, iam decimo belli anno uxoriā legationem in Spartanorum castra missam, quæ, ut maritorum absentiam exprobrabat, ita Spartam viris ob stolidum jusjurandum exauriendam tam liquide demonstrabat, ut junioribus libera, vagaque cum virginibus consuetudo permisſa fuerit.

Constat, natos ex hoc congressū Parthenios dictos, quod infamia aliqua propterea notati, non æqua cum reliquis conditione habebantur, seditionem concitasse, quæ, quia Helotis sibi adjunctis numero admodum valebant, πολλοὶ δῆσται, ut Strabo *L. VI. pag. 278.* refert, gravissimam rei publicæ perniciem minabatur, feliciter quidem ab Helotarum aliquibus conjuratio detecta fuerat, verum, ut idem *pag. 280.* τὸ μέν ἀντεπίθεσθαι χαλεπὸν εγνωταί· καὶ γὰρ πολλὲς εἴναι, καὶ πάντας ὄμοφονας, ὡς ἂν αἱλῶν ἀδελφές νομιζομένες. Spartanis res videbatur difficultis, Parthenios vi adgredi, quod magno erant numero, atque velut fratres animorum confensione configlati; quare suasum est, ut alias sedes quærerent.

Certa est hæc, duce Phalantho, Tarentum deducta colonia; arbitror, Parthenios juvenes 20 circiter annorum fuisse, atque adeo hanc migrationem circa undecimum annum a bello primo finito evenisse Id iam quæro, quando, & quidem regnante Polydoro, coloniæ illæ & Crotонem, & Locros destinatæ fuerint? Non puto ante Partheniorum abitum, cum, quia vidimus, Spartanorum numerum

## DE NUMO

merum infelibus præliis, atque postremo præsertim ita inminutum, ut etiam filias prostituere in animum induxerint: tum præterea, quia si id factum fuisset etiam, nequam consecuta Partheniorum discessione regionem in solitudinem vertere voluissent, quid quod nec hi solicite ab oraculo quæsivissent, quo profectio instituenda foret, ipse sanguinis nexus Crotonem nempe eos, & Locros invitasset, gentilibus conjungendos.

Eadem rationes evincunt, neque post facile unam aliquam, taceo, duas colonias a Spartanis dimitti potuisse, idque Polydoro, quem non naturali, sed violenta morte mortuum scimus, vivo, cum intervallum 39. annorum in tres reges ita partiri oporteat, ut Anaxandro Eurycratis filio, Polydori nepoti aliquod adhuc spatium ante belli Messeniaci secundi initium detur. Nolo hæc ad vivum refecare, indicasse satis est, præsertim cum velut ex insidiis aliud argumentum subpeditet Justinus L. XX. c. 3., etsi ejus narratio primo obtutu Pausaniæ coloniis favere videatur.

Ita ille: *Indignantes (Crotoniatæ) in obpugnatione Siris auxilium contra sè a Locrensis latum, bellum bis intulerunt. Quo metu perterriti Locrenses ad Spartanos decurrunt, auxilium supplices deprecantur. Illi longinqua militia gravati, auxilium a Castore, & Pollice petere eos jubent &c.* Plura hic, quibus satisfiat, peto: an Locrenses contra cognatam urbem a communis matre auxilia conducere ausi fuissent? an non Sparta potius qualemunque inter filias diffidium amicis pactis conponere studuisset? An patrios deos contra ipsos ab se deductos colonos opem latus arbitrari potuerint? Hæc omnia quum aperte absurdâ sunt, tantum abest,

ut

ut Epizephyriorum Locrorum, atque adeo Hiponiensum ab Opuntiis deductas origines Pausaniæ indicatus locus evertat, ut potius admissi per imprudentiam, & credulitatem erroris sit coarguendus.

Hiponium ex diverticulo redeo, urbis rudem histriam pertexturus, non sine aliqua numorum posteriorum illustratione. Græca hæc colonia floruisse videtur usque ad Olymp. XCIX an I. seu annum A. X. 388.; Anteriori huic tempori numum nostrum merito attribuo, quippe in quo civium nomen cum uno folum Π, eoque vetustæ formæ inscriptum est, quod in Goltzii moneta iam duplice litera, recentioreque charactere est exaratum. Quem indicavi annum, urbi fuisse funestissimum nos docet Diod. Sic: L. XIV. pag. 317. vel 451. edit Steph. Διονύσιος, ait, ὁ τῶν Συρακοσίων δυνάστης πορευθεὶς εἰς Ιππώνιον μελὰ τῆς δυνάμεως τὸς μὲν κατοικήτας ἐν ἀντῇ μελώκισεν εἰς τὰς Συρακέτας, τὴν πόλιν οὐασκάντας, προσεμέρισε τὴν χώραν. Syracusarum princeps Dionysius (senior nempe) cum exercitu adversus Hippionium profectus, incolis Syracusas traductis, oppidoque everso, Locris, agrum distribuit.

Decem annis urbs in ruinis, cives in exilio jacuerant, usque ad II. Olymp. C., A. D. 379., nam teste eodem L. XV. pag. 344. vel 469. Καρχηδόνιοι σρατεύσαντες εἰς τὴν Ιταλίαν τοῖς μέν Ιππωνιάταις εκπεπτωκότιν ἐν τῆς πατρίδος ἀποκατέσπονταν τὴν πόλιν. Carthaginenses bello in Italiam moto, Hippioniatis, qui patria exciderant, urbem restituerunt. An fœderati Carthaginensibus Hippioniatae fuerint, atque propterea a Dionysio excisa urbs? An contra Siculum tyrannum hac expeditione aliquid moverint Pœni, de-  
fti-

stituunt nos historici; mihi sane, et si ad splendorem Hippioniatarum rei publicæ faceret plurimum, probari non potest, quod compilatores Angli *L'Hist. Univers.* T. XII. pag. 69. suspicantur, hunc solum in finem expeditionem eam susceptam fuisse, quin aliquid præterea cum Dionysio in Sicilia saltem, intercesserit. Qui adcuratam Hiponii historiam scribendam susciperet, multa hic discutienda mecum videret.

Post annum A. X. 356. in Bruttiorum potestatem, an salva sua republica & legibus, Hiponias venisse dubitari non potest, cum Bruttis ab Romanis oppidum ademtum fuisse, Βρεττίς δὲ πατέχοντας ἀφείλοντο Ρωμαῖοι, disertis verbis adfirmet Strabo *L. VI.* pag. 256. Tempus sub Olymp. CVI annum I. nobis indicat Diodorus *L. XVI.* pag. 418, vel 518. Επὶ δὲ τέταυ πατὰ μὲν τὴν Ιταλίαν ἡθρόθη περὶ τὴν Δευκανίαν πλῆθος ἀθρόπων πανταχόθεν μιγάδων, πλείσων δὲ ἐθλῶν δραπετῶν - - - - τοῖς πολεμικοῖς ἴγωσι προτερέντες τῶν ἐγχωρίων εἰς αὐξησιν ἀξιολογωτέραι πατέσσαν. Hac aetate militudo quædam hominum promiscua, ex servis fugitiis fere composita, confluxit - - - - bi bellicis expeditionibus vicinis multo superiores, ad insigne potentiae augmentum se provexerunt.

Intervallo decem & sex annorum Agathocli Syracusano regi Hiponium paruisse *Diod. Eclogæ ex L. XXI.* pag. 863. conficiunt, ubi: Αγαθοκλῆς συναθρίσας δυάμεις εἰς Ιταλίαν διαπέρατεν. Agathocles conlecto exercitu in Italiam trajecit. cumque narrasset classem Leptinis, qui oram maritimam depopulari debebat, peñime a tempestate afflictam, subjicit: Ο δὲ Αγαθοκλῆς πολιορκίσας

κίσας τὸν Ἰππωνιάτων πόλιν, καὶ διὰ μηχανῶν περιβόλων τῆς πόλεως ἐκυρίευσε, καὶ ταύτην εἶλη. Agathocles vero Hipponiatarum urbe obseffa petrobolarum machinarum ope oppidum in potestatem redactum cepit. Quod de præsidio Siculo a Bruttiis, jure jurando violato, conciso, velut illico consecutum fuisset, additur, crimin meretur; anno minimum urbem obtinuisse Agathoclem ex Strabone liquet, qui *L. indicato pag. 256*: Εχει δ' ἐπίνειον, ὃ καλασκένασε πόλε Αγαθοκλῆς ὁ Τύραννος τῶν Σικελιώτων κρατήσας τῆς πόλεως. Habet etiam nūvare, quod olim Agathocles Siculorum tyrannus ea urbe potitus ædificavit.

Bruttiis anno V. C. 482, A. X. 272 ab Romanis debellatis in horum societatem, aut potestatem venit Hiponium; summa semper erga populum Romanum fide fuisse cum alia declarant, tum deducta teste Livio *L. XXXV. c. 40* sub annum V. C. 562, A. X. 139. colonia Valentiae nomine adjecto; prudens de altero Vibonis tacui, quod urbitum primum ab Romanis inditum existimabant aliqui, ut præclare notat Salmasius *Exercit. Plin. pag. 49*. Latinis nempe ut semper ἐσπερος *Vesper*, & οὖν *Vinum* erat, ita dum in eorum notitiam venit Ἰπων vel Ἰππων, Romano ore *Vibo* erat. Ad pristinum splendorem reductæ jam ante urbi, aliæ adcessiones identidem factæ fuerint, cum sub triumviratu Cæsaris ab Appiano *de bel. civil. L. IV. pag. 590*, & seq. inter urbes Italiae καὶ περισσιά, καὶ ἐδάφει, καὶ οἷοις εἰς κάλλος διαφερόσας - - - καὶ περιφανεσάτας tam opibus, quam agri bonitate, ædificiorumque pulcritudine præcellentes - - - atque inlustrissimas recenseatur.

Etiam posteriore hac ætate antiqua in monetis signa retinere studuerunt, ejus oppidi monetarii: Pro uno cornu copiæ, quod in Hipponiensi numo Goltzius *Tab. XXV. N. 7* repræsentaverat, duo in meo Valentiae semisse se fistunt, neque astrum desideratur. Jovis simile caput, quod in Locorum Epizephyriorum, & Bruttiorum ære conspicitur, tam in præsente rarissimo Hipponiatarum numo, quam in Valentino, quem adservo, aſſe eſt cælatum; Aliud femineum, quod in Opuntiorum numis Protogeniæ Opuntis fluvii filiæ perquam commode existimavit Begerus, monilibus item ornatum, & in Hipponensi apud Goltzium, & in semisse Valentino superius indicato observatur.

## CARTHÆENSIUM.

Promiseram *adnotatione 91.* ad duos Haymii numos Carrhis Mesopotamiæ adscriptos *Tom. II. pag. 141* pluribus me aeturum, ubi meos similes produxero, fidem hic libero, eccos:

I. Caput barbatum & laureatum. ) ( KAP. Animal dimidium inter radios circumfusos. *Tab. I. N. 11.*

II. Caput Apollinis laureatum. ) ( KAPΘA. Anterior pars animalis, ut in superiore. *Tab. I. N. 12.*

His tres alios ex museo Inlustrissimi Marchionis Savorgnani singulari in me benignitate adcurate depictedos, subjicio, explicationi mirifice servituros.

III.

III. Caput idem. )( KAPΘAIE. Animal eodem modo truncatum. Tab. I. N. 13.

IV. Caput, ut in superiore. )( KAPΘAI. Botrus & astrum. Tab. I. N. 14.

V. Caput muliebri fere similius. )( Epigraphe eadem, literis inter astri radios, quod totam aream obsidet, sparsis. Tab. I. N. 15.

Quia Frœlichius optimus magister meus, enormi inter Carrhenorum *κόμμα* discrimine observato, monetas primæ meæ similes Carali Sardiniae adscribebat etiam propterea, quod hi numi ex Italia adportabantur; idem forulum in meo numophylacio non solum primus, sed alter etiam, quem gravi, fateor, negligentia, typo solum obiter inspecto, illuc conjeceram, tam diu obtinuit, dum interpretando in memoratos Haymii numos incurrissem: Tum enim vero ille primum ad limam revocatus, cum nihil præter KAP (quod consultis deinde aliis museis, nusquam aliter exaratum deprehendi) legerem, mirari obcepī, qui factum sit, ut Haymius in utroque suo duo P. vidisset. Quare II loco positum numisma, quod plures literas eminus adspectum objiciebat, subpetias accepi, sed quam stupui, quam lætatus sum, ubi certo KAPΘA legebam.

Primus is velut passus erat ad inlustrem detectionem, videbam enim, Haymii duplē caninam literam penitus eversam. Cum hoc nominis initio urbs nulla mihi subiret illico, consultus Stephanus Carthæam quidem objecit, verum cum inde derivatum gentile Karpθaievς esse debebat, in

animum inducere non potui, monetarios alicujus oppidi Græci tam negligentes fuisse, ut diphthongo AI soluta, solam vocalem A., dubiæ lectioni occasionem præbituram, signaverint, quid enim vetaret, ut hæcce epigraphe pro recto casu urbis accepta, in avia conjectionum aliquem abduceret.

Præjudicium de Carali conceptum, ipsa numi facies, quæ Siculam officinam non refugiebat, denique hærens usque de divisa diphthongo scrupulus eam mihi cogitationem subgescit: Forsan aliquam a Pœnis ipsa in Sicilia conditam Carthaginem, in qua numus flatus esset. Profecto, si Thermas, Alesam, Lilybæum, Drepanum, testibus certis scriptoribus struxerunt Carthaginenses, cur non aliam aliquam, quæ suæ metropolis nomen ferret? ita novimus, patriæ amore ipsis Syriae fluvii Macedonica a Macedonibus inposita fuisse nomina: Siciliæ id sane majore veri similitudine congruit, quam Armeniæ, in qua tamen ipsa, si fatis sibi constat Plutarchus in Lucullo, Carthago aliqua ab Hannibale quodam fundata fuit.

Sciebam, Carthaginis nomen apud Græcos Καρχηδόνα fuisse, ast suspicabar, fieri potuisse, ut a Siculis, per bella jam Romanæ linguæ adsuetis, numus procuderetur, qui Græcis literis ΚΑΡΘΑ Latini Carthaginis nominis initium proderet, scilicet ut Punice Lilybæi & Melitæ numeros inscriptos habemus, atque Græce item ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ, ΛΙΔΤΒΑΙΤΑΝ: vel ut in Posidoniæ medii temporis numis usitatum Romanis nomen Paſtum ΠΑΙΣ inscriptum legimus: atque forsan Pœnos ipsos, ut Romanis vicinorem, quam putarent, Carthaginem ostenderent, conditæ in Sicilia

Sicilia urbi notius Latinis auribus nomen inposuisse; Ita somniantis animum erexit commentarius de Carthagine Sicula Cl. Augustini Inveges, quem in thesauro Italiæ Grævii *Sicil. T. XII* forte adnotatum reperi.

Verum, quia lecta illa pertractatio non satis firmo pede consistere mihi videbatur, ad facram antiquitatis aram Inl. Marchionem R. P. Venetæ X Virum, Savorgnanum nempe meum configiendum, quærendumque esse duxi, an suo in thesauro ejuscemodi numi urbis Carthææ (ad quam iterum mentem transtuli) nomine pluribus syllabis indicato signati conderentur; neque enim nisi divinando alias cum Harduino, & quibusdam hodiernis antiquariis, quod pessime me habet, turpiter prolabimur, dum degustato monogrammate, aut duabus syllabis, præcocem sententiam pronunciamus; Id mihi semper constitutum, et si conjectio aliqua fieri nonnunquam utiliter possit, semini ulteriorum detectionum servitura, nunquam melius monumenta quam ex monumentis conprobari.

Non diu dilatæ sunt auxiliares, quas sperabam, copiæ a Viro harum literarum amantissimo, confirmabat omni humanitate conditis literis, in nullo suorum, qui primas literas solum habent, duplex P., quod Haymius sibi videre visus est, conspici: adesse, qui, ut meus, epigraphen: KAPΘA. præferrent: alios, qui ultra diphthongum integrum E etiam adjectum haberent, atque horum tria exempla, superius indicata, linearī pictura descripta mihi ita communicavit, ut confirmationem luculentam adjiceret, submissis duobus Ceæ insulæ depictis numismatibus, ex quibus de certa KAPΘAIEΩN lectione, et si præter meum

numum alter visus esset nullus, minime dubitari poterat, cum toti insulæ hoc, in aliis monetis nunquam observatum signum commune fuerit, ectypa subjicio:

## CEORUM.

I. Caput, quod pro Apollinis haberi potest. ) ( KEI.  
*Ceorum.* Animal dimidium inter radios. *Tab. II. N. 1.*

II. Caput diadematum senile. ) ( KEION. typus  
 idem. *Tab. II. N. 2.*

Ut hæc ad benevolentiam abundantabant, ita satis non erant magnificientiæ Viri splendidissimi, etenim exiguo post tempore numum ipsum, qualem II loco repræsentavi, in museum meum suo dono immigrare voluit, in quo eo maijore merito triumpho, quod paucis abhinc annis id genus numi aut non visi antehac, aut rarissimi esse debebant, quippe cum Cl. Barthelemy T. XXVIII de l'Academie des Inscript. (quem ultimum hactenus habemus) pag. 579. itineris sui Italici anno c<sup>l</sup>o I<sup>o</sup> cc LV. suscepit rationes describens, pag. 598. recenset inter res præclare gestas, & itineris fructus numos urbium singulares ab se in Galliam deportatos, *dont les noms n'avoient pas encore paru a nos yeux sur ces sortes des monumens,* atque hos inter monetam Ceæ insulæ.

Evitaveram feliciter lectionis dubiæ charybdim, verum Scylla aliud minitabatur naufragium, ad signorum explicationem animum adhibui. Quia animal repræsentatum lupum

lupum putabam, de Apolline Lycæo, aut Lycio circumspexi, atque illum quidem Sicyone, hunc Argis cultum reperi, sed quomodo hæ religiones in Cycladum aliquam inductæ sint, tum de illo etiam, an radii Apollini proprii unquam a sculptoribus animali deo sacro circumfusi fuerint, hærebam admodum. De templo quidem huic numini Carthææ structo certum me reddebat Athenæus *L. X.* pag. 456. Λέγεται δὲ ἐν τῇ Καρθέᾳ, sic, διατρίβοντα ἀυτὸν (Σιμωνίδην) διδάσκειν τὰς χορέas. εἶναι δὲ τὸ χορηγεῖον ἄνω πρὸς Απόλλωνος ἱερῷ μάκραν τῆς Θαλάσσης. Fertur, cum Carthææ degeret (Simonides) choros canendi, ducendique rationem docuisse, scholam vero procul a mari in superiori urbis parte ad Apollinis ædem sitam fuisse, neque aliquid præterea.

Ad hæc non parum adverterunt animum duo Carthæorum posteriores numi scilicet IV, & V. videbam in his negotium omne in astro potissimum versari, cum hic animalis imago absit. Memini me in Pausania *L. II. pag. 141.* legere de Phliasiis: Ανάπειαι δὲ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς αἱξ χαλκὴ τὰ πολλὰ ἐπίχρυσος παρὰ Φλιασίοις, τιμας ἐπὶ τῶν δὲ ἐιληφε. τὰ ἄσρον, ἢν ὄνομαζεσι ἄγα, ἀναέλλεσσον τὰς ἀμπέλες λυμαίνεται συνεχῶς, ἵνα δὲ ἄχαρι μηδὲν ἀπ' αὐτῆς γένηται, οἵδε τὸν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς χαλκὴν ἄγα αἴλοιτε τιμῶσι, καὶ χρυσῷ τὸ ἄγαλμα επίκοσμεντες. Ipsi in foro constituta est ex ære capra magna sui parte inaurata, cui ob eam causam a Phliasiis honos est habitus, quia fidus, quod capram nominant, ortu suo vitibus perniciem adferre consuevit; ne ergo noceat, forensēm illam cum aliis honoribus colunt, tum auro exornant etiam.

Adefset quidem in numo botrus, forsan exornatio illa Phliasiorum etiam in additis aureis radiis consistebat; adtamen nec in tribus prioribus Carthææ, nec in aliis Ceæ insulæ monetis ex truncato animali aliquid caprinæ familiæ eruere poteram. Quid quod nec cum insulæ sterilitate congruere videbatur, de qua *Ælianuſ L. XVI. de animal.* c. 32, cum de paucitate ovium ex *Æschylidis libris de re rustica retulisset, causam reddit: τὸ δὲ αἴτιον, λεπτό-* γεώντε εἶναι τὸν Κίονα ἵχυρως, καὶ νομὰς εἰς ἔχειν. *Solum in Cia effe admodum macrum, neque insulam paſcua ba-*bere.

Priusquam a numo IV. abeam, illud adnotare liceat, nobis forsan iam pridem Carthæenſium numisma cognitum fuisse, niſi Inl. Arigonius in numum minus integrum, aut nimis obiter lectum incidisset, eum enim, quem *Tab. IV. N. 32. Harpasæ adſcribit*, Carthææ quam certiflīme cuſum arbitror, ſeu signa, ſeu epigraphes characteres ſpe-ctes, in quibus vitio adfectum K., Θ vero pro Π habitum fu-erit, cuiuſmodi σφάλματα etiam alia non pauca eodem in libro deprehendi; pro aliis testis fit canis, qui e regione indicati numi, blandientis more pedem offert, Amathunti adſcriptus, quem ſi quis conferat cum numo *Tab. XIX. N. 192. proposito*, ex ipſis ſuis cimeliis tenetur Arigo-nius, numiſma Samæ Cephaleniæ urbi restituendum eſſe; Quid quod ipſa Salapia N. 191. comparato typo cum nu-mo ΣΑΜΑΙΩΝ Haymii T. II. edit. Ital. pag. 73. Latin. pag. 88. controverſiam vix evadit. Velut per parentheſin hæc dicta ſunto ad editorum adcurationem acuendam. Rem omiſſam perſequor.

Videt

Videt lector, ab infastis illis duobus astris Apollini seu Lycæo, seu Lycio gravissimum infortunium denunciatum esse, pejus erat, ab alia moneta ipsum mihi Apollinem pene erectum esse: intulerat, dum hæc agerem, Vir amicissimus Ilgnerus suo thesauro numum, quem, et si ejus epigraphæ minus integra, ex E tamen superstite Ceæ insulæ absque dubio adtribuendum existimo, ipsum repræsento:

III. Caput corona radiata cinctum barbatum.) ( - - E - Animal, quale superius inter radios. Tab. II. N. 3.

Bacchum inberbem & barbatum, nunquam Apollinem in numis vidi, cui, si barba, & senilis vultus, qui etiam in primo Carthæorum, & Ceorum numo II. conspicitur, abesset, radiata corona congrueret quidem, verum quis a toto musarum choro non metueret pessime, si Socratica hac persona dehonestaret eum, cuius, ut canit Calimachus hymno *in Apol.* v. 37.

Οὐποτε - -

Θηλείνις ἔδοστον ἐπὶ χρόος ἀλλε παρειάς.

Nunquam teneris ne tantillum quidem lanuginis increvit genis.

Fit, ut ipsa desperatio filum nobis non nunquam subpeditet, quo ex difficultatum molestis ambagibus evolvamus, idem mihi feliciter evenit; Ad regem nempe aliquem, aut heroem animum adipicui, qui a Ceis religiose cultus, aliquam forsan cum Apolline cognationem habuisset, hunc apud Diodorum Sic. reperi *L. IV.* pag. 195. vel 281. Wechsel: ubi ita: Τὸν δὲ Αριστοῖον φασὶ μετὰ τὸν Αὐλαῖονος τελευτὴν ἐλθεῖν εἰς τὸ χρηστήριον τῷ πατρὶς, καὶ τὸν Απόλλωνα προειπεῖν ἀμφὶ τὸν εἰς Κῶ τῆσσον μετάβασιν ἐσομένην

L

ἀντί

ἀντί, καὶ τὰς ἐσομένας παρὰ τοῖς Κείοις τιμάς. Ferunt post Aetæonis interitum Aristæum ad patris oraculum venisse, atque ab Apolline de sua in Ceam insulam migratione, atque habendis sibi a Ceis (labitur hic interpres, qui Coos substituit) honoribus edocētum fuisse.

Filium tenemus hic Apollinis, atque nostra in insula aris etiam cultum, quod ipsum Athenagoras, et si in insulae nomine scriba erraverit, in legatione pro Christianis aptissime confirmat: Χῖοι (Κείοι) Αριστέον τὸν ἀντὸν καὶ Δία, καὶ Λπόλλω νομίζοντες. Chii (Cei) Aristæum eundem & pro Jove, & pro Apolline habentes &c. Ita barbatus & senilis vultus in posteriore numo Jovem, radiata corona Phœbum designabit. Ipfis astris jam aliqua lucula ex Diodoro adfulsit, verum quia nemo pluribus, & nitidius rem persecutus est, quam Apollonius L. II. Argonaut. a v. 500. ad 530, ex illo aliqua, quæ ad explicationem signorum faciunt, subjiciam.

Occasione Etesiarum ortarum, narrat, Cyrenem nympham ab Apolline ex Thessalia raptam, in Lybia ex eo filium genuisse Aristæum, qui a musis eruditus, & in Thessalam restitutus, cum æstas gravissima fervente Sirio, non minorem famem incolis adulisset, monitu Apollinis calamitatis hujus depulsor invocatus erat, verum

Λίπον δ' ὅγε πατρὸς ἐφετμῆ  
Φθίνω ἐν δὲ Κέω πατενάσσατο λαὸν ἀγείρας  
Παρράσιον.  
Καὶ βωμὸν ποίησε μέγαν Διὸς Ιαμαιόνο,  
Ιερὰ τ' ἔρρυξεν ἐν ἔρεσι ἀσέρι κείω

Σει-

Σειρίω, αὐτῷτε Κρονίδῃ Διὶ τῷοι δέκπτι  
Γαῖαν ἡπιψύχωσι Ετήσιοι ἐκ Διὸς ἀυρας  
Ηματα τεσσαράκοντα.

*Liquit dein ipse parentis  
Imperio Phthiam, populo coluitque coacto  
Parrhasio Ceum.  
Itemque Jovi stratis prægrandibus aris  
Sacra cani fecit rutilo per celsa jugorum,  
Sirius ut medio sit junctus honore tonanti;  
Inde quater denis terram recreare diebus  
Quæ solet aura, Jovis munus.*

Neve religiosum hunc cultum semel solum suscepimus ex remotissima ætate ad nostros numos pertrahi quis opinetur, prosequitur Apollonius:

*Κέω δέπτι νῦν ιερῆς  
Αυτολέων προπάροι θεοκυνός βέγσι Θυλάς.*

*Etiam nunc Ceus ad aras  
Prævenit exertum stellæ libando sacerdos.*

Quidni ergo astronomis inter varia, quæ identidem adnuntiantur, phænomena, id quod nemo facile crediderit, Sirium etiam suum vetusto in ære signatum fuisse gratulabimur? Quid quod suspicio esse poterit probabilis, hac forma in veterum tabulis depictum etiam fuisse. Videamus præterea, cur in II. III. & IV. Carthænsium numis Apollinis, I in Carthænsium, II. & III. Ceorum Aristæi caput compareat; in V. vero Carthææ signato Cyrenem cælatam esse, cogitari poterit, adeo ut planissima sint omnia

præter botrum numi IV., qui ob soli iniquitatem morabitur, neque enim facile monetarii plantarum fructus in numis jactabant, nisi aut abundantia, aut bonitate præcellerent, ast præterquam quod Ælianus supra indicatus huic laudi obstare videtur, per omnia Athenæi cellaria nusquam vinum Ceum laudatum reperi.

Duabus viis etiam hoc expediam, utram volet, lector benevolus anpleteetur. Primum, nequaquam tam infelicem hujus insulæ terram reperio apud alios, quam eam Ælianus descripsit: Virgilius in invocatione *L. I. Georg. v. 14.* ita ad Aristæum:

*Cultor nemorum, cui pingua Ceæ  
Tercentum nivei tondent dumeta juvenci.*

Benignius ibi solum fuisse, vel narratio Plinii *L. IV. c. 12. pag. 210.* conficit, ubi Ceam portionem ab Eubœa avulsam conmemorat. Recentior scriptor, qui insulam ipsam perlustravit Cl. Tournefort. *Relat. d'un voyage du Levant T. II. pag. 18.* aliam nobis multo Ziam depingit, scilicet eam bene cultam, agros fertiles, et si parum frumenti seratur, multum hordei, vinumque sufficiens reddere, bona ibidem educari pecora, plus etiam ferici, sicumque provenire.

Ast illud: *Asses de vin*, ut Tournefortius loquitur, id mereri non videbitur aliquibus, ut propterea monetarii botrum in moneta cœlavissent. En modum explicandi, qui mihi vel ideo probatur magis, quod eidem botro astrum Sirii in postica numi parte est conjunctum, existimo nem-

nempe, voluisse Carthænſes ipsam causam calamitatis, quam a canicula passi fuerant Ceæ incolæ, indicare, de qua Hyginus *Aſtron. Poet. L. I. N. 4. pag. 363. & ſeqq.*

Narrationem compendio stringam, refert: Liberum patrem Icario filio vitis colendæ rationem ita credidisse, ut vellet ab eo cum artem, tum botrorum, vinique bonitatem homines doceri. Evenerat forte, ut, cum in Attica versaretur, agricolæ inebriati, ratique venenum fibi mixtum, impetu facto eum trucidarent; cædis reos, quia in Attica fibi quietis eſſe non licebat, in Ceam trajeciffe, verum & hoc eos poenam consecutam, ſcilicet immanem exorta canicula æſtum, quo non fruges ſolum, ſed incolæ ipſi morbis abſumebantur, dum ex oraculo Apollinis ſacra caniculæ faciunda, ab Aristæo instituerentur, quibus & Icarii cædes expiaretur, & Eteſiæ ab Jove inpetrarentur.

Ceterum quæ ſeu de Cea, vel Ceo iſula, ejusque oppido Carthæa primum ex numis etiam inlūſtrato, ſcire intereft, ex veteribus Strabo nos docet, huiſſe iſulam tetrapolin, quarum urbium duabus mari, teste Plinio, haufis, ſuperabant Julis, & Carthæa, in hanc cives ex Pœeffa, in illam ex Careffo conmigrasse dicuntur. Ex recentioribus ſitum iſulæ, urbiske Carthææ mappula etiam adjecta, deſcripſit indicatus ſuperius Turnefortius. Id omittere non poſſum, vehementer me dubitare, an numus, quem Inl. Arigonius *Tab. XI. N. 110.* cum papilionis ſigno repræſen-tavit, Julidis hujus reapſe fit, cur enim Carthæa communem toti iſulæ typum retinuiffet ſola? an quia præcipua? Viderint hæc me feliciores, quibus plures hujus iſulæ nu-mos inſpicere licuit.

## CNOSSIORUM.

I. Caput, ut videtur, Dianæ prominente ad humeros pharetra. ) Pharetra ex loro ad angulum acutum pendula. ΘΑΡΣΤΔΙΚΑ - - *Tharsydia* - - Tab. II. N. 4.

Paradoxum aliquod numarium hic in medium profero, suæ monetam urbi meo ex numophylacio adscribo, quin usquam urbis, aut civium nomen exhibeat; tam parum tamen hic de mea confidentia decedo, quam in consequentis numi dubio indicio me contraham. Non parum me angebat veri rep̄iundi cupiditas; et si nulla de ejuscemodi oppido conscientia, atque scriptorum silentium neminem illico absterrere debet, fateor tamen, me iam tum, quod legebam, nomen magistratus suspicatum fuisse, qua in opinione me magis confirmavit Ilgneri amicissimi numus geminus, in cuius postica nitide, ut in mea, servata sparsis simili ratione circa pharetram literis pro ΘΑΡΣΤΔΙΚΑ. legeram ΑΤΠΙΑ.

Quia margo numi mei in antica ita abscissus erat, ut suum literis urbis nomen exprimentibus, & vultui adversis spatium esse potuisset, sicut rei literariæ damno amissum nomen deplorabam, ita hoc in dolore Inl. Arigonii numus Tab. XXIII. N. 226. ob capitis aliquam similitudinem, indicatasque, eo omnino, quo suspicabar, loco literas: ΔΤ., amplius me involvit, et si videbam, nec eundem esse pharetræ situm, nec judicaverim, nisi præcipitatione autoris, eum Zanclæ attribui potuisse.

Ad

Ad musea igitur alia confugiendum erat; edoctus hac de re Vir omni honore major Marchio Savorgnanus ectypion subpeditavit, quod subjicio:

II. Caput Jovis laureatum. )( Aquila stans in partem conversa: ΘΑΡΣΤΔΙΚΑΣ. Z. Tharsydicas. VII. Tab. II. N. 5.

Ut sciebam, diversis in urbibus viros ejusdem nominis magistratu functos esse, ita, quia hic nullum in antica integerrimi numi vestigium literarum vel conjici poterat, doctus fui certissime, urbes alias suum in monetis nomen prætermisisse; Ipsæ tamen per aream aversæ dispersæ, ut in meo, literæ velut digito in eandem utriusque officinam intendeant. Obportune tum in memoriam subivit Haymii numisma ipso, quem Latinum feceram T. II. pag. 143, 144, edit. Ital. pag. 117. descriptum. Aquila se in eo fistit, qualis in Savorgniano, literæ similiter per aream disseminatæ alterius alicujus Cosmi nomen, & in recto quidem casu ΜΗΘΕΟΣ. *Mnestheus*, ut ΘΑΡΣΤΔΙΚΑΣ., atque ΑΤΡΙΑ. objiciunt, denique signum numerale B., quemadmodum in moneta Inl. Savorgnani Z., in tertio aliquo musei Austriae, qui meo, primum proposito, cetera simillimus, A. conparet.

Membra hæc, si in argumentationem stringuntur, absque omni dubio confident, numum, quem ex meis cum nomine ΘΑΡΣΤΔΙΚΑ - - exhibui, Cnacco notissimo Cretæ oppido esse adscribendos. Verum nec tam angusta est supellex, ut non eadem sententia magis stabiliri possit. Adservantur in selectissimo museo Granelliano conlegii Academicæ nostri numi hi duo:

III. Caput Jovis. )( Aquila stans. ΚΝΩΣΙΩΝ. MH.  
Tab. II. N. 6.

IV. Caput Dianæ. )( ΚΝΩΣΙΩΝ. Cnōfiorum. Pharetra recta cum arcu. Tab. II. N. 7.

Primus præterea mihi jucundissimus erat, quia literis in diversas partes positis, modum, quem hactenus in aliis controversis vidimus, magis referebat, quam ille Haymii nam primum K. atque postremum N, nonnihil quidem distortum in contrariam partem est conjectum; literæ MH. probabilius magistratus nomen occipiunt, cuius tamen continuatio crux aliqua terrea, qua iam postremum Ω involvitur, in obposita numi parte obtegi videtur.

In elegante altero numulo nolle aliquem a pharetra recta in transversum agi, satis id quid demum cunque discriminis compensat lorum ita tensum, ut oblique, quemadmodum in numo I. pendere debeat, quidquid etiam inscriptionis lineæ, a minus perito artifice hoc situ ad angulum rectum ductæ refragentur. Imperitiam scalptoris monetarii jure reprehendo, quia produxi cum Frœlichio optimæ memoriæ ex gaza Austriaca ejusdem urbis monetam similem pag. 82. Tab. XIV. N. 14. ubi telorum theca ponderi suo relicta declinat.

Ex hactenus dictis consecutione necessaria velut fluit, numos eos æneos, atque satis obvios, in quorum antica caput Jovis barbatum, in postica vero aquila alis expansis cum epigraphe: ΚΤΔΑΣ. conspicitur, & Cydoniæ, & Cytæo, ad quæ oppida plerique antiquarii eos referre solent,

solent, multo vero magis Cydæ ignotæ urbi, cui illos Golzius adtribuit, ereptos, Cnoso restituendos esse, etenim nomen ΚΤΔΑΣ viri in magistratu constituti esse habendum, vel in Creta percussi cistophori docere debuissent viros literatos, in quibus ipsum quod ΚΤΔΑΣ gessit, munus adjectum, nempe ΚΡΗΤΑΡΧΑΣ, legitur, id quod *vñ̄ ἐν ἀγίοις* Panelius noster de *Cistoph.* pag. 87. iam notaverat, ubi Cydæ nomen tam ex Polybio, & Livio, quam ex Cicerone viros aliquos inter Cretenes publica autoritate conspicuos tulisse conprobat.

His si adjunguntur cælaturæ ratio, signorum similitudo, moles, æs ipsum, quæ omnia in hujuscemodi numo tam gemina cum eo, quem N. III. indicavi, repereram, ut sub eodem usum fuisse malleo pene jurarem, si hæc, inquam, in unum contrahuntur, intra certitudinis limites consistimus profecto, præsertim ubi ad id advertitur, conventus gentis alicujus universæ fere in urbe, vel ad urbem principem habitos, quibus præpositi pro regionis nomine Lyciarchæ, Bithyniarchæ &c. dicebantur.

Cretarcham ex numo tenemus Cydam aliquem; nemus autem facile negaverit Cnossum caput in Creta extulisse tempore non modico Strabone teste *L. X.* pag. 476. *Καὶ οἱ ναὶ διελεστε μέχρι πολλῷ φερομένη τὰ πρῶτα. Diu* sane primo splendore conservato inter alias eminuit, atque et si in Gortynam & Lyttum multa ornamenta aliquamdiu abstracta fuerint, prosequitur: *Τερον δ' ἀνέλαβε πάλιν τό παλαιὸν χῆμα τῆς μητροπόλεως.* Recuperavit tamen deinde veterem metropolis speciem.

M

Ne

## DE NUMO

Ne quid diffimulem, ut sincerissimæ sum mentis, atque perlibenter meliora doceor, intermittere non possum epistolam Cl. Ilgneri, Venetiis, quo excurrerat, ad me datam hic conmemorare, qua monebat, videri sibi numum cum magistratus nomine ΘΑΡΣΥΔΙΚΑΣ ad Carystiorum urbem referri posse; cum simile caput Jovis, & in averfa parte aquila objiciatur, quid quod lustrando ditissimum Inl. Savorgnani museum in numum inciderat, qui etiam pharetram, quamvis situ aliquantum diverso, cum indicato urbis nomine eodem præferebat; utriusque numis inatis ectypon, ut ab Inl. XViro Venetorum R. P. ad me summa benevolentia transmissum est, ita libenter antiquariorum eruditio usui comunico:

I. Caput Jovis laureatum. ) ( KAPIΣΤΙΩΝ. Aquila stans alis expansis. *Tab. II. N. 8.*

II. Caput, ut videri potest, Dianæ. ) ( Pharetra situ obliquo. KAPIΣΤΙΩΝ. *Tab. II. N. 9.*

Ardtamē neque hæc numorum biga, neque consulentium amicitia me a Cnacco dimovebit unquam; Produxerat si miles Inl. Arigonius *Tab. IV. N. 33.* & *Tab. V. N. 52.* qui tamen in priore minus, ut suspicor, integro admodum est hallucinatus, dum, nescio, quam urbem *Aristæum* nobis adnunciavit. Nihil, inquam, his moveor, ut a Creta in Eubœam trajiciam, nimis enim multa me retinent; atque primum illud; numos ejuscemodi (summa enim cum attentione similes in museo Austriaco hujate exploravi) tam rudis esse humiliisque cælaturæ, ut nec Cretenses mei cum his, nec isti cum Euboicis comparari possint, quivis enim

enim novit, quam elegante artificio se commendent Histæorum, Chalcidensium, Eretriensium monetæ.

Liberalis ero, fingamus scalpturæ laudem parem esse, molestius ab orthographia petitum erit argumentum. Quotquot Euboicæ Carysti certos teneimus numos, omnes illi secundam vocalem Τ habent, ΚΑΡΤΣΤΙΩΝ. inscripti, eo nimirum modo, quem apud omnes Græcos historicos observamus; ubi paullo superius adducti, & quos alios vidi, I. substitutum præferunt. Erit, qui reponat, potuisse fane temporis lapsu, ut ipsa cælatura defluxit, ita in orthographiam etiam aliquid mutationis, aut labis obrepere.

Verum nec sub hac lorica tutum esse patiar: adsunt imperatorum numi Trajani, & Antonini Pii apud Vaillantum, qui ne minimum in urbis epigraphe ab antiquiore illo Goltzii *Tab. XI. N.I.* discedunt, cedo iam, quando ergo Carystii in eam barbariem, quam Savorgniani, & istiusmodi alii numi exhibent, devoluti sunt, ut vel emendate scribendi urbis suæ nominis obliviscerentur? Quid quod hæc ipsa augustalium numorum comparatio novum mihi telum subpeditet; magna semper vis inest signorum similitudini ad monetas forte dubias suis urbibus adscribendas, eundem vero gallum gallinaceum in Antonini numo cum inscriptione ΚΑΡΤΣΤΙΩΝ conspicimus, qui iam remota ætate intra quadratum Goltzii cristas erigebat, id quæro, an nulla ratione sit probabile, ut cives, qui suæ pecuniæ signa ad Antonini imperium tam religiose conservaverunt, in urbis nomine literas aliquando mutassent?

Hæc iam in unum conlecta profecto confident, neque duos hos numos Eubœæ, neque I, & II. initio hujus disputationis propositos, huic quali demum cunque Caristo adtribui posse. Adest adest in postremis his numis aquila, pharetra; adest aquila, sed quam parum mascula, si cum Cnossiis confertur, adest, verum absunt sparsæ per aream literæ, in quibus momenti plurimum pono: adest pharetra, fateor, sed quam dispar nostris!

Quid igitur de duabus his monetis fiet? Siquid video, ad Ligures remitti poterunt; quam parum in cælando priscis illis temporibus periti fuerint Galli, cum Gallici alii, tum posteriores Massiliensium numi satis ostendunt. Caristi oppidi haud procul a mari Ligustico meminit Livius *LXLII.* c. 7. scilicet in agro Statiellate, hac ex officina, dum quid melius docear, eas prodivisse conjicere liceat. Neve quem Græca epigraphe perturbet, testem profero Strabonem, qui dum *L. IV. pag. 202.* de Massiliensibus, & Antipolitanis, qui Græce numos inscribebant, sequente pagina prosequitur: Ταῦτεν δὲ μέχρι Μασσαλίας, καὶ μετρὸν προσωλέρω τὸ τῶν Σαλύων ἔθνος οἰκεῖ τὰς ἀλπεις τὰς ὑπερκειμένας, καὶ τινας τῆς ἀυτῆς παραλίας ἀναμίξ τοῖς Ελλησι.

*Inde iam* (Monœco, ultra Varum in orientem sito portu, quo usque Massiliensium navigationem se porrexisse arbitrabatur geographus) *ad Massiliam usque, atque non nihil ulterius Salyes habitant oræ maritimæ iuminentes alpes, partemque littoris Græcis permixti.* Magis etiam mediterranea Liguriæ incolas habuisse Græcos, veterum quorundam apud Plinium autoritas conprobat, et si quis Herculis in

in Hispaniam expeditionem fabulis adnumeraret, ita ille, L. III. c. 20. pag. 176. de Leponiis (seu ut Ptolemæus Λειπονίοις) quam gentem Tauriscam volebat Cato: *Ceteri fere Leponios relictos ex comitatu Herculis interpretatione Graeci nominis* (scilicet ἀπὸ τῆς λείπεσθαι) credunt, præustis in transitu alpium nive membris: ejusdem exercitus & Graios fuisse Graiarum alpium incolas, præstantesque genere Eugeaneos inde (εὐγενεῖς) tracto nomine.

Majus pondus mæ conjectioni adderet numus musei Arigoniani Tab. XI. N. 112. si lectio IPIATINΩΝ satis sibi constat, atque adjuncta alia pro Iria addicunt, quod oppidum in Liguria decem leucis a Dertona versus Placentiam in ortum situm fuisse novimus, et si enim delphinus, & gubernaculum maritimæ potius urbi congruunt, nemo tamen facile de Iria Hispanica cogitationem admittet. Hæc si minus placent, ut nomen ΘΑΡΣΤΔΙΚΑΣ, ita alterum ΚΑΡΙΣΤΙΩΝ viro in magistratu constituto adtribuam, quo fiet, ut posteriores duo numi iisdem tenebris sepepliantur, ex quibus meum illum, qui huic disquisitioni occasionem dedit, protraxi.



Caput Jovis Ammonis. )( KOINO. Silphium. Tab. II. N. 10.

Sine titulo, quem apud alios præfigere soleo, comparet hic numophylacii Ilgneriani numus, ne nempe in conlegium augurum invitus cooperet; quia tamen, quæ

hac de moneta in mentem mihi venerunt, non omnino abjicienda duxi, dubia mea cum viris eadem in arena versatis communicare volui: Cœnologi Cyrenaicæ eum adtribui posse existimo. Verum illico obmovebit, qui hæc leget, *Cœnopolis Κανοπόλεως*, meminisse quidem Ptolemæum inter urbes Cyrenaicæ mediterraneas, nullius tamen *Κανοπόλεως Cœnopolis*, diversa diptongo scriptæ.

Quid si ex numo corrigendum esse geographum adsererem? meminit in eodem tractu Neapolis, cedo! quis sibi persuadeat, Cyrenæos Græca lingua usos duobus oppidis idem, quod notionem adtinet, inposuisse nomen, idem enim Græcanicis auribus sonat *Νεαπόλις*, quod *Κανοπόλις*, novam nempe urbem. Absque dubio emendationem hanc ex numo urgerem pertinacius, nisi infortunio pessimo malleus aliquantum in lævam aberravisset, ut, an post O. litera nulla, an II consequebatur, divinare non licet, et si gentis mos addicere aliquo modo videtur, ut pote in cuius numis fracta urbium nomina: ΚΤΡΑ. ΒΑΡΚ. fere leguntur.

Video advorsum hic mihi aliquem, qui literam N ad complendum fabri in nostro numo σφαλμα obtrudit confidentia majore, crepat numum P. II. Tab. 16. musei Pembrockiani editum, in cuius aversa præter plantam eandem nulla alia epigraphe quam KOINON. Vidi hæc ipse, verum an non II pro N haberi poterat? nuper admodum mihi numus ΑΘΗΝΑΙΩΝ pro ΛΟΠΑΔΟΤΣΑΙΩΝ obtusus erat, in quo nempe deficientibus transversis lineolis A pro Λ. Θ pro O. tam H quam consequens N pro duplice II lectum erat; profecto si in nostro N transversa

ſa linea aliquantum extrita foret, pro II haberetur potius. Vel an non ex communi notioreque uſu litera ultima facile adjici poterat ab eo, cui ſolum KOINO peregrinum nimis videbatur?

Non is sum, qui ad ſtabiliendam meam ſententiam (opinionis umbram dicere debebam) quemadmodum anti-quarii auſi ſunt aliqui, ipsam grammaticam tyrannidi ſubjiciam, nunquam a me transformabuntur literæ pro lubidine, niſi momentum gravis alicujus rationis adſit. Legerit Pembrockiani muſei editor KOINON; novimus hoc vo-cabulo conuentum aliquem ſacrum deſignari, quem vicinæ & foederatæ civitates frequentaverant, verum ut hoc certiſſimum, ita omnibus, qui numos viderunt, conſtat, etiam populum, qui ſacris intererat, indicatum fuiffe ipſo in ære, ita in pluribus: KOINON. ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. KOINON. KPHTΩN. KOINON. ΘΡΑΚΩΝ. &c. legitur; in nu-mo vero noſtro area ſuperior tam eft plana, ut ne veſtigium quidem vel per fraudem extritarum literarum obſervetur.

An ita ingenio indulſiſſe arbitrabimur monetarios Cy-renaicos, ut ſolum filphium gentis nomen fatis indicare exiſtimaverint? Fateor, ipta ſua raritate notam admodum celebremque fuiffe hanc plantam, verum non minus notus erat lapis, quem Paphii pro Venere coluerunt, in horum tamen numis nunquam ſolum KOINON fine adjecto ΚΤ-ΠΡΙΩΝ leges, etſi templum cum divina illa pyramide ſit conſignatum; neque ulla aliud populi forſan producetur moneta, quæ ſolum KOINON præferat.

Quid

Quid quod Inl. Spanhemius *T. I.* pag. 296. numum exhibet, capite Jovis Ammonis in antica, in postica filphio insignem cum epigraphe: KTP. KOIN. Nempe monetarii ejusdem gentis tam varii, & inconstantes fuerint, ut jam addito provinciæ nomine, jam vero, idque præter aliorum populorum morem, eodem omisso KOINON suum publico in ære indicarent? Regionis sufficiens indicium in Pembrockiano numo erat laudata sæpius planta, adtamen in Spanhemii moneta KTP. addi debuerit?

Et quis intercedet etiam, si eandem epigraphen ita legero: KTPANAION. KOINOPOLITON? Erit, qui rursus KOINON Pembrockiani obtrudat; ast an non hoc ipsum vetustum urbis nomen esse poterat, quæ deinde Cœnopolis dicebatur? Solorum Ciliciæ infra monetam exhibeo ΣΟΛΟΠΟΛΕΙΤΩΝ inscriptam, et si hæc Ciliçiæ urbs a geographis, & historicis ΣΟΛΟΙ. civis Σολεὺς, aut Σόλιος ubivis legatur, atque forsan latebunt alicubi numismata, quæ alterutram ΣΟΛΙ, aut ΣΟΛΕΩΝ inscriptionem præferunt. Hæc de Cœnopoly, qua in diatriba si aliquibus spinam defixi, gaudeo.

Promissionis in mentem venit *T. II.* Haymii pag. 157 Not. 99 datæ; meminit autor *edit. Ital.* pag. 129. ex Cl. Bayle *Nouvel. de la Republ. des lettres Nov.* 1686. *Art. 4.* Cyrenæos annis singulis filphii caulem in templo Delphico dedicavisse, inscalpta etiam sigillo urbis muliere, quæ hancce plantam Battó conditori consecrabat. Mirabar primum, qui factum sit, ut diligentissimus in recensendis donariis Delphicis Pausanias hoc, & annulum quidem omiserit, idque eo magis, quod duorum dedicatorum a Cyrenæis

renæis signorum meminit, nempe L. X. c. 13 pag. 829: Κυρηναῖοι τε Ελπικῆ τε ἐν Λιβύῃ· ἔτοι μὲν τὸ ἄρμα, καὶ ἐπὶ τῷ ἄρματι Αμμωνα. Tum vero Cyrenæi Graci nominis in Libya: currum hi, & in curru Hammonem obtulerunt.

Deinde c. 15. pag. 834: Κυρηναῖοι δὲ ἀνέθεσαν ἐν Δελφοῖς Βάτλον ἐπὶ ἄρματι, ὃς ἐστι Λιβύην ἵγαγε σφᾶς ναυσὶν ἐκ Θύραις, ἱνοχος μὲν τῷ ἄρματός ἐστι Κυρήνη, ἐπὶ δὲ τῷ ἄρματι Βάτλοστε, καὶ Λιβύην σεφωνέστα ἐστιν ἀντίον. Cyrenæi Batti in curru statuam Delphis posuerunt, qui eos ex Thera navibus in Africam deduxerat: auriga currus est Cyrene, in curru vero Libyæ Genius Butto coronam inponit. Quare indagine quadam vestigia sum persecutus, unde hanc notitiam laudatus Bayle protraxerit; cum Erasmi adagia indicata reperisse, ab his demum ad commentatorem Aristophanis in Pluto perveni, qui laudato pro se Aristotele sane diversa scribit ad v. 926.

De dono quidem Apollini facto ita: Οἱ Αμπελιῶται δὲ, Ἑπινοὶ Λιβύης, εἰς Δελφὺς ἀνέθεσαν καυλὸν σιλφίας, ὡς φοτινὸν Αλεξανδρίδιν. Ampeliotæ vero, Libyæ populus, caulinem silphii Delphis dedicaverunt, ut refert Alexandrides. Quare non oppidi Cyrenæ incolæ, gli abitanti di Cyrene. Dedicationis unius solum meminit Alexandrides quare non, ogn' Anno. Videamus jam, quid de sigillo urbis censendum, ita ibidem paullo superius scholiaстes: Οἱ πολίται οἱ Κυρηναῖοι αἰταπόδοσιν τῆς ἐνεργεσίας βελίμενοι χαρίσαθαι τῷ βασιλεῖ, ἐποίησαν εἰκίνην· ὡς δέ τινες δικτύου· ἐν ᾧ ἡ πόλις ἀντῶν προσφέρει τῷ βασιλεῖ τὸ σιλφιον. Cives Cyrenæi, ut pro beneficentia, quam experti erant, regi gratiam redderent,

*statuam: ut vero alii memorant, annulum fieri fecerunt, in quo civitas regi filphium offert.*

Vage hic omnia de statua, vel annulo, qui, an urbis signum habuerit, non indicatur, diversum enim admodum esse arbitror, urbis Genium in gemma cælatum, & eandem ipsam sigillum urbis fuisse, neque facile publicum istiusmodi σφράγισμα, sigillo de la Citta digito circumlatum credi potest,

Aliud sane laudatus ibidem de Cyrenæorum re publica Aristoteles: Βάτλος Κυρήνη, ἔκλισεν - - - - ἐν τιμίσαις Λίβυες ἐχαρίσαντο αὐτῷ τὸ κάλλισον τῶν λαχάνων τὸ σίλφιον, καὶ ἐν νομίσματι αὐτὸν ἐχάραξαν, τῇ μὲν, βασιλείαν, τῇ δὲ σίλφιον παρὰ τῆς πόλεως δεχόμενον. *Battus Cyrenem condidit - - - quem ut honorarent Libyi, olerum pulcherrimum filphium ei obtulerunt, atque in moneta illum cælarunt, altera manu regnum, altera filphium a civitate accipientem.*

Ex his puto, satis liquere, non solum quam parum commode in Bayleum inciderit Haymius, sed illud etiam, apte ad rem scripturum abstinere debuisse ea sententia: *perche ciò (filphium) era distintivo glorioso a quei di Cyrene, comme più chiaramente apparisce da ciò, que dice il dotissimo Bayle.* Cedo enim! quomodo Cyrenes urbis (de hac enim, non de provincia loquitur) ita propria erat gloria filphium, ut discriminem etiam, *distinctivo*, alia inter Pentapolis oppida esset, si Ampeliotæ Delphis ejusmodi cauem dedicarunt?

Nihil dicam de Barcæorum numis, in quibus diversæ speciei plantam suspicor; protulit editor musei Pembrockiani similem cum filphio monetam ΚΩΦΗΝΩΝ Copenorum inscriptam, in quam urbem hic inquirere non vacat, geographis ignotam; id scio testibus Arriano & Strabone in ipsa Media etiam provenisse filphium, nam ille *de Exped. Alex.* L. III. pag. 145: Αλλὰ ἐν γε τέτω τῷ Καυκάσῳ ὡδὲν ἄλλο ὅτι μὴ τέρμινθοι πεφίππαι, καὶ σίλφιον, ὃς λέγει Αριστόβελος. At in hoc Caucaso nihil præter terebinthum & silphium nascitur, ut autor est Aristobulus. Ille vero: Φέρει δὲ καὶ σίλφιον ἢ χώρα, ἀφ' ἧς δὲ Μηδίας καλέμενος ὅπος πολὺ λειπόμενος τῇ Κυρωνίᾳ, ἐστι δὲ ὅτε καὶ διαφέρων ἐκεῖνος. Silphium quoque fert regio, unde Medico succo nomen, is longe deterior Cyrenaico, interdum tamen illo bonitate præstat. Videt hic autor, quam *il distin-*  
*tivo glorioſo evanescat, præfertim si nostræ Cœnopolii etiam in Pentapolii officina monetaria conceditur, cuius occasione* *huc sum delapsus.*

## LACEDÆMONIORUM.

Caput diadematum. ) Vas inter pileos Dioscurorum.  
Α. ΠΕΙΣΠ. Tab. II. N. II.

Numulum hunc solum repræsento, quia, ut ad Haymii T. II. pag. 158 *Not.* 100. indicavi, a nobis gazam Austriacam Vindobonensem in ordinem redigentibus in catalogo τῶν ἀνεῳτῶν omissus fuerat, ubi sane propterea locum merebatur, quia tertius erat, quem Lacedæmoniorum argenteum hactenus vidimus. Quod epigraphen adtinet,

fateor, primas literas ita nexas, postremam vero ita cælatam esse, ut dubitari possit an priores Π & Ε an Γ & Ι., posterior Π, vel in ΓΙ resolvenda, quia tamen probabilius viri nomen adsumtis Π formatur, ΠΕΙCΙΠπις, vel ΠΕΙCΙΠπος *Pisippus* legendum esse existimo, cum vero nullus Spartanorum regum hoc nomine, caput diaadematum ad eorum aliquem, quorum tempore luxus inrepsit, ita referendum erit, ut Pisippi nomen magistratum designet. De hac Spartanæ rei publicæ labe adnotationem indicatam consule.

## LARINORUM.

Caput Herculis leonis exuviiis tectum )( Hippocentaurus currens. CADINOD. In infimo numi segmento nota quadrantis. *Tab. II. N. 12.*

Numus hic ex museo Cl. Ilgneri mihi subpeditus, duplice titulo inter non editos cenferi potest; aliquot quidem cum hac epigraphe male lecta, ut mox ostendam, comparuere, nullus tamen cum his signis. Larino Frentanorum, seu Apuliæ in Daunia oppido numum summa confidentia adtribuo, mirorque haec tenus inter ignotos latuisse; quia editor musei Theupoli numisma minus integrum habuit, Atinam Latii, omissa nempe prima litera ex ΑΔΙΝΟΔ Græcis præterea hodierni usus Δ scripto nobis obtrusit. Melius servatos numos habuit Inl. Arigonius, verum tam *Tab. IX.*, ubi de partibus assis agit, inter trientes unum *N. 14*, quam inter urbes *Tab. X. N. 100.* alterum profert, cuius epigraphen GADINOD adnunciat, primam proinde literam

literam pro G. habuisse liquet, quia post *Fanum* ante *Gnidum*, *Gnossum*, *Gortynam* numum inferuit.

Felicior erat Pembrokiani thesauri conlector, is enim primum advertit, epigraphen non a G. sed L., antiquo eo nempe, vel si placet dicere, Hetrusco, quale in numis Gelæ urbis, ut in meo aliquo, observatur, incipere, adhæsit tamen in D. consonante repetita, etenim cum *Tab. XVII.* ante ΛΑΜΙΕΩΝ posuit LADINOD. cum typo delphini, & nota sextantis, tertiam literam Delta ab se habitam confitetur: rursus cum postea *Tab. XVIII.* ante numum ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. alterum depinxit, qui in antica caput juvenile galeatum, in postica cum simili epigraphe, & nota quincuncis equitem hasta & clypeo armatum decurrentem repræsentat, de Delta ita hæfitasse videtur, ut O. forsan habuerit.

Mirum sane, viris in arte versatis nunquam caninæ litteræ in mentem venisse, quam ita formatam in numo Hyrinorum apud Begerum *Theſ. Brand. T. I.* pag. 320. vidisse debuerant; illud vix adsequor, qui factum sit, ut Inl. Arigonius, qui priscum hunc characterem *Tab. XXII. N. 222* in numo suo Tutertino agnoverat, eum & geminum quidem tam parum observaverit, ut alterum præterea errorem erraverit, dum *Tab. XIII. N. 132* numum recentioribus Græcis literis ΛΑΠΙ. inscriptum Larino Apuliæ attribuit, qui tam ob cultrum taurobolio adhiberi solitum, qualem in monetis Philippi & Persis postremorum Macedoniæ regum videmus, quam ob ipsam epigraphen Græcam Larissæ Thessalicæ potius est adscribendus.

Erit, qui meis me armis impugnet, atque Arigonii num  
N 3

mum Dauniæ vendicet; an non, inquiet, vicinum Larino opidum Arpi eadem lingua monetas suas ΑΡΙΑΝΩΝ inscripsit? quid ergo numismati Arigoniano Græca inscriptio adeo oberit, ut in Thessalicam officinam relegetur? Tam parum his moveor, ut, quæ adserui, inde confirmem atque inlustrem potius. Græca perpetuo epigraphe usi sunt Arpani, nempe quia Argivorum colonia, nam teste Strabone de hac urbe & Canusio L. VI. pag. 283: Λέγονται δὲ ἀμφότεραι Διομήδες κλίσμα. Utramque Diomedes fertur condidisse, hunc præterea sanguinem ab Ætolis regibus traxisse novimus, unde factum, ut non solum Virgilius Æneid. L. X. v. 28 caneret:

*Atque iterum in Teucros Ætolis surgit ab Arpis  
Tydides.*

Sed ipfi etiam cives in moneta Calydonium aprum confignaverint, quo luculentum magis Ætolicæ originis testimonium nemo facile petierit. Diversa sunt de Larinatibus, qui ex Liburnis, & Hetruscis orti perhibentur a Catone *de Originibus*. Vicina etiam oppida Teanum, Luceriam Latina inscriptione usa scimus.

Gravius aliud obponi posse video ex Pembrockii numo *Tab. XVII*, & alio Arigonii *Tab. X. N. 100* qui delphinum in postica exhibent, superius indicatis; signum enim hoc urbem maritimam fere demonstrat, ast Larinum præeunte Ptolemæo, ad dextram Tiferni ripam in mediterraneis situm fuisse, omnes hodie consentiunt. Ad rem quidem bellissime hæc dicta sunt, minime tamen ejus ponderis, ut vel lectio-  
nem numi, vel officinam monetariam mutem.

Omitto

Omitto in museo Pembrockii *Tab. XIX.* depictum esse Luceriae numum cum nota quadrantis, qui delphinum etiam cum tridente præfert, novimus vero omnes Luceriam multo magis, fere ad fines Hirpinorum, a mari recedere. Nec ab historia naturali præsidium quæram, scilicet delphinos etiam aquas dulces subire teste Bellonio apud Aldrovandum; Larinatum agrum non angustis pomœriis constrictum ad mare etiam se porrexisse contendeo, atque ut alia testimonia præteream, nunquam, si res aliter se haberet, profecto cecini. set Silius *L. XV. v. 565.*

*Quaque jacet superi Larinas accola ponti.*  
Et en falsæ suæ aquæ innatantem delphinum.

Numi nostri signa si conjungere placet, centaurus aversæ Oreus erit, cuius cum Hercule pugna in sella Apollinis Amyclæi a Bathycle Magnesio cælata describitur a Pausanïa *L. III. c. 8. pag. 256:* Ηραυλέεςτε πρὸς Ορεῖον Κέιλαυρον μάχη πεποίηται. Herculem ubivis in Italia cultum Dionysius Halicarn. *L. I. Ant. pag. 33* nos docet de Hercule loquens: Πολλαχῇ δὲ καὶ ἄλλῃ τῆς Ιταλίας αἰνεῖται τεμένη τῷ Θεῷ, καὶ βωμὸι κατὰ πόλεισθε ἴδρυνται, καὶ παρόδοις, καὶ σπανίως ἀν ἔνδοι τῆς Ιταλίας χώρον, ἐνθα μὴ τυγχάνει τιμώμενος ὁ θεός. In multis etiam aliis Italie locis templa huic deo sunt sacrata; Et per urbes, atque in ipsis viis aræ sunt erectæ: nec facile reperias ullum in Italia locum, ubi hic deus non coleretur. In ipsa Daunia honores ei habitos numus thesauri Brandenburgici Luceriae cusus, in quo apud Begerum *T. I. pag. 317,* aut eundem inberbem, aut Omphalen adsignatis consuetis in aversa armis intueberis. Quod si quis centaurum ad Bacchum referat, siticulosæ etiam consulet Apuliae.

## DE NUMO

Diffimulare hic non possum, quod Larinatum numum vetusto Hetruscorum aut Samnitum charactere insignem versanti in mentem venit; *T. II. Haymii pag. 167* in notis ad numismata ORRA inscripta, de quorum explicatione, seu urbe, in qua cusa fuerant, prodenda haec tenus fere desperatum est, conjecturam aliquam ex Amoris signo saepius in illis cælato eruditorum discussione subtimide proposui. Alteram, quæ hic subnata est, non majore quidem confidentia, communicandam tamen duxi.

Constat ex marmorum, atque ænearum tabularum inscriptionibus vetustiore charactere exaratis, eam priscis fuisse scribendi rationem, ut consonantes nunquam geminarent; hinc arbitrabar, male hucusque in hisce monetis lectum fuisse ORRA., sed alterutram consonantem alias soni esse debere, cumque ex priscis alphabetis scirem, magnam τε K cum R fuisse similitudinem, utraque enim pede uno brevior id solum habebat discriminis: R superius clausum, K aper-  
tum fuisse, quæ diversitas in numis aut minus servatis, aut incrustatis facile adcuratos etiam oculos fugit, censebam, aut OKRA, aut ORKA legendum potius.

Fateor, me in primam lectionem magis inclinare, ha-  
bemus in Umbria cis Appenninum ad Naris cum Tiberi  
confluentem municipium Oriculum; quid si, ajebam,  
vel in vicina aliqua Italæ regione urbs aliqua Ocra fuisset,  
ad cuius discriminem oppidum alterum Oriculum no-  
minatum fuerit? vel vero hoc ipsum municipium ampli-  
tudine, ut nomine diminutum ex ruinis alicujus Ocræ sur-  
rexerit? suspicionem hanc qualemcunque ita boni con-  
sulat lector, ut non tam luxurianti ingenio, quam intento  
in

in minimas etiam veri eruendi venulas animo eam tribuat.

## PAMPHIORUM.

Caput juvenile, comis retortis, aliquo pilei genere te-  
ctum. ) ( ΠΑΜ. *Pamphiorum*. Pharetra, quam tridens  
hinc, inde prora ambit; infra: ΦΑΗΣ. *Phaes.* Tab. II.  
N. 13.

Numuli hujus ænei optime conservati ex museo Ilgne-  
riano inter incertos mentionem fecerat Inl. C. Cristiani in  
adpendicula tomo I. Haymii adjecta pag. 71. Quod tum  
ambos latebat, fortuna mihi oblatum esse existimo tam certo,  
ut non facile contra adsertionem, quam edo, probabilius ali-  
quid, nisi me Juno Moneta oderit pessime, a quoquam pro-  
ferendum sperem. Aliud quid agens Polybium versabam,  
cum forte in Pamphium Ætoliae mediterraneum oppidum  
incidi, cuius nemo veterum geographorum meminit, atque  
illico animum adjeci ad monetam præsentem urbis hujus offi-  
cinæ vendicandam.

Non raro antiquarii in adsignando singulari numo hoc  
uno argumento nituntur: loci nullius nomen seu in Stephani  
catalogo, seu apud alios iisdem literarum elementis incipere;  
idem fane hic evenit: neque enim arbitror, quemquam de  
Pamphylia somniare, quis enim vidit unquam, in numis uni-  
versæ gentis nomen magistratus adjectum, nisi urbes pecu-  
liari födere, ut Achæorum, ipsorumque Ætolorum in com-  
mune aliquod concilium conspiravissent, quod tamen de

O

Pam-

Pamphylia adserere nemo poterit, non enim hic agitur de viris, qui sacris faciundis ab gente aliqua constituti sunt, scilicet de Lyciarchis, Cretarchis, qui munus suum & populi nomen adjectum semper habent. Verum non tam curta mihi supellex, ut hanc unicam extremis in rebus tabulam adripere cagar.

Aliud in discernendis numis earum urbium, quæ idem nomen præferunt, præsidium numariæ rei studiosis subpediat æris, molis, atque cælaturæ potissimum similis cum aliorum ejusdem gentis oppidorum moneta ratio: ita Heracleas, Apollonias, Ægas, alias suis provinciis probabiliter adtribuere solemus. Hujus ipsius criterii normam quam felicissime adplico; scalpturæ modum, molem, æs, omnia gemina reperio in numis Ætolicis, contuli Pamphiorum numum cum meo ΑΙΤΩΛΩΝ inscripto integerrimo drachmæ unius granorum XIII, atque æquilibrium faciebant, ubi illud minime negligendum, tam in meo indicato, quam in eo, quem Inl. C. Criftiani ediderat cum epigraphe ΑΜΦΙΣΣΕΩΝ, qualem ipse possideo, aversæ partis aream versus centrum ita concavam esse, ut in duobus Pamphiorum ejusdem typi numis, quos præ manibus habeo.

Ast erit, qui me tridente, rostrove navis de possessione ab se deturbandum sperabit; quod enim, audire mihi videor, certius maritimæ urbis indicium, quam prora, Neptunique sceptrum? nempe Khellius

*Delphinum silvis adpingit, fluctibus aprum?*

Ne minimum me Horatiana reprehensio perterret, vel ipsum aprum Calydonium ἀνιδρωλί cum tridente & navigio  
con-

conciliabo. Ad iter Philippi regis in expeditione contra Aetolos sub annum A. X. 218 suscepta advertendus est animus, quod minutim ad magnum geographiae veteris lumen nobis descripsit Polybius *Hist. L. V.* pag. 496 & seq. edit. *Amstel.* 1670: Narrat ibidem regem suadente Arato celebri illo Achæorum prætore, ut ne protelatione occasionem amitteret, incepturn iter persecutum; narrationis partem priorem, quia longior est, Latinam solum subpedito:

*Deinde Asbeloum transgressus, Thermum versus festinato agmen dicit · · · · · in transitu reliquit ad sinistram quidem Stratum, Agrinium Thestiensis: ad dextram vero Conopen, Lysimachiam, Trichonium, Phæteum, deinde ad oppidum venit, quod Metapan dicunt, ad Trichonidem lacum, & ipsas illius fauces situm, ab eo loco, quem Thermum nominant, stadia LX distantem. Hanc ab Aetolis desertam quingentorum militum præsidio inducto rex tenuit, ut per fauces ingredienti, atque exenti munimento esset, est enim ripa tota illius lacus montosa & aspera, ac propter silvas viæ inminentes angusta.*

Tum ipsum profectionis ordinem persequens, Thraces extra militarem viam ad tuendum dextrum latus dispositos refert, & subjicit: Τὴν μὲν γὰρ ἐνωτύμων ἐπίφανειαν τῆς πορείας ἀσφαλίσῃ λίμνη Χεδὸν ἐπὶ Ιριακοῦται σάδια. Αὐτός δὲ τὴς προειρηνέας Γόπας, καὶ παραγενόμενος πρὸς τὴν καλλιεύνην κωμην Παμφίαν (Πάμφιον) ὄμοιώς καὶ ἀυτὴν ἀσφαλισάμενος φρεγᾶ προέβαινε πρὸς τὸ Θερμον. n. 7. λ. Nam lævum agminis latus tegebat ipse lacus fere per triginta porrectus stadia; confecto per dicta loca itinere oppidum nomine Pamphium postquam adtigisset, illudque etiam munivisset præsidio, Thermum rex progrediebatur &c.

Habemus hic oppidum non ignobile, quia præsidio non indignum videbatur cato duci, & quidem ad lacum, eumque magnitudine insignem situm, nollem enim eum ex paullo ante adductis ad triginta solum stadia constringi; id solum vult scriptor, tanto spatio a lacu, adeoque lato admodum, agminis iter fuisse protectum, quod minime prohibet, eum non longius se porrexisse etiam, imo ampliorem multo fuisse, ipsum nomen docet, quod non aliunde, quam a Trichonio urbe habere poterat, quare etiam hæc lacui adsidebat; ast inter Trichonium & Metapam Phœteum interjacebat, dolendum quidem, a Polybio spatium, quod inter Trichonium, & Metapam intererat, adnotatum non fuisse, adtamen vix errabit, qui huic intervallo sexaginta adtribuerit stadia.

Ob lacum ultra sexaginta stadia diffusum (quis enim Trichonium ad ipsum illius initium, nullo teste, adfiget?) poterant sane Pamphiorum monetarii sua in pecunia proram & tridentem ferire, neque enim hæc indicia mare semper significare exemplis docere possum: descriptus est in museo Theupoli numus Tiberiadis pag. 880., qui in postica mulierem repræsentat pede proram navis prementem; novimus, urbem hanc lacui Cenereth adfitam, cui Josephus C. stadia in longum tribuit. Si quem tridens offendit, is Neptuno lacuum dominium eripiat; alia veterum erat opinio, refert Pausanias L. III. pag. 264 de lacu in Laconia: Εὐλαῦδα ἔσι μὲν λίμνη παλαιότερη Ποσειδῶνος. ἔσι δέ ἐπὶ τῇ λίμνῃ νάρης, καὶ ἄγαλμα τῷ Θεῷ. Est ibidem lacus, qui Neptuni dicitur: Et in ejus ripa delubrum dei cum simulacro.

Si quis porro molestus fuerit, ex ipso tridente lacus majorem etiam, vel Galilæo illi parem, amplitudinem inferam, quod instrumentum forsan ob aliquam Hebrææ religionis residuam reverentiam procudere omiserint Tiberienses. Eam hic geographorum, qui mappas descripserunt, negligentiam satis mirari non possum, qua factum, ut magni hujus lacus cum ipso Pamphio ne minimum vestigium indicetur. Medium inter tridentem & proram signum ne quis primo intuitu columnam esse existimet, solicite moneo; ob extrema tam superius, quam inferius rotunda, tum quator circa medium annulos aliud exhibere non potest, quam pharetram, atque suspicari liceret, illud ipsum instrumentum hic repræsentari, quod in numo Goltzii *Tab. VII. N. 4.* vir nudus ad latus habet, si arcu etiam armatus foret.

Subiectum nomen ΦΑΗΣ. magistratum indicare, qui alios apud Goltzium Aëtolorum numos viderit, nemo dubitat, advertet enim istiusmodi nomina inferiore numi loco esse posita, ut in nostro. De capite in antiqua signato in tantis hujus urbis tenebris hariolari nolo, id certum pilei formam admodum esse illius similem, quem nuda illa figura apud Goltzium in dorso pendulum habet. Quod cetera Pamphium adtinet, id solum ex laudato Polybio *pag. 505.* scimus, oppidum eadem Philippi expeditione ab redeunte postremo agmine crematum fuisse, οἱ περὶ τὴν ἐραγίαν ἐμπρῆσαντες τὸ Πάμφιον; quem locum eam etiam ob rationem adduco, ut genuinum urbis nomen constet, emendavi enim superiore loco editionem, quæ ita habet: πρὸς τὴν καλεμένην πόλιν Παμφίαν, existimo enim descripторем Polybii ab articulo ad πόλιν referendo dece-

ptum, cum libri ejusdem posteriore lcco οδελέρως scribatur.

## PATRENSIUM.

Caput Jovis laureatum, & barbatum )*( ΠΑ.* in monogramma contractum, ΑΓΤC. AΙCXPΕWΝOC. *Patrensum.* Agys *Aeschreonis* filius intra lauream. *Tab. II.* N. 14.

Etsi absit P. & E, quæ literæ in monogrammatis numerorum æneorum hujus urbis videri solent, non dubitavi tamen hunc musei Ilgneriani numum argenteum Patris Achaiæ adtribuere; Forma numi, Jovis Homagyrii fatis a Cl. Bayero contra Begerum *Comm. Petrop.* T. V. pag. 364 & seqq. stabilitum caput Achaimonetam prodebat illico, Patris eam fuisse cusam, sine erroris periculo existimari posse, confirmabat me monumentorum aliorum consensio potissimum.

Nempe urbs hæc paucarum more, magistratus suos non solum in recto casu, ut dicimus, adnunciat, sed parentis etiam nomen adjicere solet, ita in museo Theupoli legimus: ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ. ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ. *Nicosistratus* Callistrati filius: item ΜΗΤΡΟΔΟΡΟΣ. ΜΕΝΕΚΛΕΟΥΣ; in numo Galliarum regis apud Harduinum: ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ. ΔΑΜΗΝΟΣ loco Δαμωνος Jonice scilicet, & ΑΙCXPΙΩΝ. ΛΤΣΙΑ. *Aeschriion Lystæ* filius.

An hic Aeschrius nostri prætoris pater fuerit, avusque Lysias, præstare satis non possum etiam propterea, quia nec de Harduini, nec de mea lectione certissimus sum, etenim E ita compressum in præsente numo, ut hanc literam primum, pro vetusto L haberem; P vero ita viatatum, ut I. tum arbitrarer; re quidem melius examinata, sicut nec de P jam, nec de E fere dubitandum censui, ita fieri sane poterat, ut Harduinus simili ratione male contortum E pro I legerit.

Quia in numo abest commune Achæorum monogramma, vix erravero, si eundem intra Olympiadem CXXIV. & CXXXII cusum statuo; testem habemus Polybium L. II. c. 41 ante hoc temporis punctum rei publicæ Achaicæ fundamenta jacta non fuisse: Ολυμπιάς, ait, μὲν ἦν εἴκοση, καὶ τετλάρη πρὸς ταῖς ἔκαλον, ὅτε Παλρεῖς ἥξαντο συνφορεῖν, καὶ Δυμαῖοι. Olympias agebatur quarta ἕτη vigesima supra centesimam, cum Patrenses cum Dymæis hujus societatis fædus primi inierunt. Scio quidem eundem paullo inferius scribere: πρῶτοι μὲν συνέστησαν Δυμαῖοι, Παλρεῖς, Τριλαιεῖς, Φαραئεῖς. Primi quidem omnium concordiam perpigere Dymæi, Patrenses, Tritænenses, ἕτη Pharænenses. Si tamen cum superioribus conferatur, arbitror, gloriam jactorum fundamentorum Patrensisbus concedi debere, et si forsan eodem anno memoratæ duæ urbes adcesserint etiam.

Quis jam in animum inducet, urbem, quæ tanti operis institutrix erat, in eam legem primam peccavisse, qua cavebatur, ut Polybius superius c. 37. Καὶ νίμοις χρῆσται τοῖς αὐτοῖς, καὶ σαθμοῖς, καὶ μέτροις, καὶ νομίσμασι. ut non solum iisdem legibus, ponderibus, mensuris, sed moneta etiam uteren-

*uterentur?* An omissura fuisset siglam illam civitas, quam forsan pro societatis tessera subgefferat ipsa, nisi eo tempore flatus fuisset Ilgnerianus numus, quo adolescens corpus, quatuor solum urbibus quia definiebatur, et si id optabat maxime, non audebat tamen commune Achæorum nomen consignare; Id quod factum fuerit, ubi Olympiade CXXXII Sicyonii, Ægienses, Burii, Carynenses eadem instituta sunt anplexi.

Fateor, ex eodem Polybio certum esse, jam ante Philippi & Alexandri tempora statum popularem ea in re publica ex duodecim urbibus conflata viguisse, prægraves etiam & vetustos Ægiensium numos in museis conservamus, verum ut huic ætati numulus præfens ne minimum addicit, ita ea habet omnia, si Achaicam notam excipias, quæ in confinia indicatæ epochæ conspirant: simillimum est Jovis Homagyri caput, aversa pars intra lauream epigraphen continet, cælatura eadem, pondere examinato, æquale cum aliis monogrammate insignibus, scilicet 38. granorum esse inveni, ut adeo pro exemplo communis deinceps monetæ numum adsumptum fuisse, suspicari quis posset.

Patrensiū urbi, quemadmodum institutæ rei publicæ optimæ laus tribui debet, ita etiam decus suum postrema fere etiam sub imperatoribus ætate conservavit, antiquo quoque Aroës nomine cum coloniæ Romanæ juribus restituto, numis, & Pausania testibus, cuius locum, quia situm etiam indicat, adferam; *L. VII. c. 18. pag. 569.* ita ille: Αυγεστος δὲ ἡ τὴ παράπλευ νομίζων κεῖθαι καλῶς τὰς Πάτρας, ἡ καὶ ἄλλην τινα αἰλιαν ἐπανίγαγεν ἀνδις ἐκ τῶν πο-

λισμά-

λισμάτων τῶν ἀλλων τὰς ἄνδρας ἐς τὰς Πάτρας. Augustus deinde vel quod ad navium adpulsum Patras valde commo-das judicabat, vel alia quacunque de causa, remigrare omnem illam multititudinem ex oppidis aliis Patras jussit. Et paullo post: Καὶ ἔδωκε μὲν ἐλευθέροις Αχαίων μόνοις τοῖς Πα-τρεῦσι εἶναι. ἔδωκε δὲ ἐς τὰ ἄλλα γέρας σφίσιν, ὅποσα τοῖς ἀποίκοις νέμετοι Ρωμαῖοι νομίζεσθι. Et satis certe Patrensi-bus ex Achaeis omnibus, sua ut libertate ute-rentur, concessit: atque alia in eam civitatem beneficia contulit, quibus suas co-lonias Romani adficere consueverunt.

## POLYRHENIORUM.

Caput muliebre obversum prominente ad humerum pharetra, & arcu )*(ΠΟΛΥΡΗΝΙΩΝ.* Polyrhenorūm. Vir nudus præter fasciam lumbis obvolutam d. extensa, f. virgam curvam *Tab. II. N. 15.*

Numum hunc argenteum ex museo conlegii Ther-efiani nobilium depromtum linearī pictura descripsimus qui-dem *Cimel. Austr. Vindob. Tab. IX. N. 8.* sine majore ta-men aliqua inlustratione, ut ejus operis institutum erat, meminit ejus etiam museum Theupoli, sed indicio vago nimis, & obscuro in hæc verba: *Caput muliebre pectore-tenuis in prospectu )*(ΠΟΛΙ, sic, ΡΗΝΙΩΝ.* Vir nudus stans d. extensa, f. baculum.* Tam de dea, quam de typo averſæ partis pleniorē, certioremq[ue] notitiam me datu-rum spero; Illam quidem nequaquam Dianam, sed ven-a-trici divæ sociam carissimam esse existimo, de qua canit Callimachus *Hym. in Dian. v. 188., & seq.*

Εξοχα δ' ἀλλάσσων Γοργονίδα φίλας νύμφην  
Ελλόφονον Βριτόμαρτιν ἐντυποπον.

*Præ reliquis tamen una tibi Gortynis amata est  
Cervinesi jaculo Britomartis certa ferire.*

Aptissime hanc nympham Polyrhenio Cretensi oppido convenire mox ex Strabone conficiam, ubi ejus historiam ab ipsis insulæ incolis haustam referente Pausania L. II. c. 30. pag. 180. præmisero: φασὶ δὲ οἱ Κρῆτες - - - - Διὸς δὲ οὐαὶ Κάρμης τῆς Ευβέλις Βριτόμαρτιν γενέθαι· χαιρεῖν δὲ ἀντὶν δρόμους Τε, οὐαὶ Θύραις, οὐαὶ Αρτέμιδι μάλιστα φίλιν εἶναι. Μήνων δὲ ἔραθέντα φεύγοσα ἔρριψεν ἐαυτὸν ἐς δίκλινα ἀφειρένα ἐπ' ιχθύων θύρᾳ. Ταῦτα μὲν θεὸν ἐποίσεν Αρτέμις - - - - - επικληπτις δὲ οἱ - - - - - Δικλιννα ἐν Κρήτῃ. Narrant Cretenses - - - - - Jove, & Carme Eubuli filia Britomartin genitam, hanc, cum se totam in currendi, venandique studia tradidisset, fuisse Diana carissimam. Verum cum Minoem præ amore insequentem fugeret, in mare præcipitem in retia, piscibus capiendis expansa, incidisse, a Diana in deorum numerum relatam. - - - - - cognomen ei in Creta Dictynna.

Quia in vulgus notum est, monetarios veteres patria, & domestica præcipue numina publico in ære cælavisse, ea scilicet, quorum sacræ ædes suis in urbibus, aut agro fundatae erant, Strabonem audiamus L. X. pag. 479. Πρὸς ἐσπέραν δ' ὄμοροι τοῖς Κηδωνιάλαις Πολυρρήνιοι παρ οἷς ἐσιν τὸ τῆς Δικλιννης iερόν. Ad occasum Polyrrhenii Cydoniatarum vicini sunt, ubi præcipuum Dictynna templum. Ita interpretandum locum censui ob peculiarem articuli vim τὸ τῆς Δικλιννης iερόν, arbitror enim nos nunquam melius scriptoris

ris alicujus sententiam adsequi posse, quam cum autorem secum ipso conponimus; diverso sane stilo paullo superius usus est Strabo, de Tityro Cydoniæ monte agens: *ἐν ὁ  
ἴσπον ἐσι η Διτύαιον, ἀλλὰ Δικτυνναῖον, in quo templum est  
non Dictæum, sed Dicthyneum.* Quam obiter hic rem perstringit!

A piscatoribus servatam nympham tenemus, idque ipsum Polyrhenios indicare voluisse aversa in numi parte, pene certus sum, etenim ut nullum alicujus dei vel minimum adtributum conspicor, ita in pescatorem, cūjus forsan etiam nomen olim celebre aut cum libris interiit, aut a scriptoribus prætermissum est, convenient omnia: panno aliquo subcinctus est, quem habitum in deorum signis nemo facile ostenderit, nudus cetera, quid ad mare subeundum adcommodatius? manus non baculo, aut hasta est armata, sua se curvitate piscatoria virga nitidissime prodit. Id hic velim, ne quis de Britomarte velut hamo capta nugetur, satis perspectum est nobis pictorum cælatorumque ingenium, variant instrumenta, obvio indicio ejus, quem repræsentare volunt, contenti.

Ceterum quid si etiam retia in numismate hūc pertinente ostenderem? Luculenter altero abhinc anno Inl. comes Cristiani in adpendicula tomo primo Haymii adjecta pag. 67. Magnesiorum ad Mæandrum ductam a Cretenibus originem tam ex Strabone, quam ex labyrinthi typo, in numero Goltzii Tab. XXI. N. 9., item Liebei c. V. pag. 183. pro Mæandro habito commonstravit. Ut cum illis angulis male actum antehac, ita non multo melius cum signo nudo, atque instrumento ad dorsum adstituto; Nonnius muliere

nuda contentus, altum de hoc filet. Cl. Liebeus in suo Apollinem vidit, de instrumento ita loquitur: *pōne, ut arbitror* (en ut hæsit) *symbolum Apollinis tripos cum cortina, & imposta forte* (iterum dubitat) *lyra.*

Quemadmodum nunquam alias satis adsequi poteram, ubi cortinam, lyramque vidisset laudatus antiquarius, ita dum Polyrheniorum numum versarem, status, gestusque viri nudi fere similem illius, qui in Magnesiorum numismate conparet, non solum in memoriam revocavit, sed origo Cretica, Britomartis historia, suspicionem movit non levem, an non in antica horum numorum pro Diana Leucophryne eadem hæc nympha, in postica vero piscator esset cælatus, idque propterea potissimum, quia instrumentum, nunquam hucusque nitide explicatum, mihi nullius fere alterius speciem referre posse videbatur, quam retium conlectorum & ad hastas, funiculis defluentibus, prominentibus etiam superius duobus annulis ligneis, adligatorum.

Ut certius hac de re arbitrium ferat lector, aversam numi faciem ex museo meo propterea depingi curavi *Tab. II. N. 16.*, quia instrumentum, de quo agimus, in Goltziana moneta miserrime, neque in Gothana ita depictum reperi, ut piscatoriæ hujus supellectilis formam eam, quam in meo objiceret, habebitur forsitan minus adhuc tritus, qui ipsa reticuli filamenta repræsentet. Utut fit, id adfirmare audeo, retia composita potius, quam quidquam aliud hic exhiberi; neque vittæ, quas vir nudus dextra tenet, molestiam facessunt, utpote quibus Polyrheniorum bos nunquam non est redimitus, nisi adcommode magis ad Britomartin ferta ex pinu, aut lentisco quis velit, de quibus loco indica-

dicato Callimachus v. 200. & seq. ubi de festo & sacris  
Dictynnae perpetratis ita canit:

τὸ δὲ σέφος ἥματι κείνω  
Πίλυς, οὐ χίνος.  
Pinus dat ferta coronis  
Lentiscusve die sacra.

Ut ne mea retia adrodantur, criticis quibusdam satis-faciendum esse video; horum aliqui querentur, Britomartis sacra nulla religione per Asiam ad Magnesiam usque dif-ferri: aliis dolebit ob quorundam poetarum carmina, Di-ctynnam & Dianam inter, velut dearum duas, discrimen fieri. Hos primum ex monumento publico, eoque sanctissimo conficiam: Fœdus aliquod Latiorum, & Oluntiorum Cretenium civitatum nobis servavit Cl. Chishull *Antiquités Asiat.* pag. 134. & seq. in subiecto ad confirmationem ju-rejurando Latiorum inter conjuratos deos, deasque alias ita lego: Καὶ τὰν Λαζῶν, κ'Αρτεμιν, κ'Αρεα, καὶ τὰν Αρροδίλων, καὶ τὰν Ελευσίναν, καὶ τὰν Βριλόμαρτιν. Et per La-tonam, & Dianam, & Martem, Veneremque, atque Eleu-sinem, & per Britomarten. En ut cum Venere & Cerere Mars etiam Dianam a Britomarte dirimit.

Ad cultum Dyctynnae nostræ in Joniam etiam promotum ipsa quidem Magnesiorum origo satis grave argumentum subpeteret; Ceterum tantundem fere viæ ex Creta in Æ-ginam insulam esse existimo, quam ad Jonum littora, apud Æginetas vero divinos ei honores habitos testatur Pausa-nias *L. II. c. 30.* de Britomarte loquens pag. 181. Σέβε-σι δὲ & Κρῆτες μένον, ἀλλὰ καὶ Αιγαῖοι, λέγοντες, φαι-

νεθαί σφισιν ἐν τῇ νήσῳ τὸν Βριλόμαρτιν? ἐπίκλησις δὲ οἱ παρῆλε Αἰγινῖταις ἐσιν Αφαία. Colunt eam non Cretenses solum, sed ipsi etiam Αἴγινεται, quod in insula Britomariin sibi adparuisse narrant; cognomen ei apud Αἴγινετας est Aphaea.

Eidem sub aliis nominibus templum Spartæ fuisse consecratum, idem confirmat L. III. c. 14. pag. 240. Επανελθεσι δὲ ὅπισω πρὸς τὸν Λέχην ἐσιν Αρτεμίδος Ισώρας ιερὸν, ἐπονομάζεσι δὲ ἀνὴν καὶ Λιμναῖαν, ἥσταν ἐκ Αρτεμιν, Βριλόμαρτιν δὲ τὸν Κρητῶν. Redeuntibus vero ad Leschen se objicit Diana Iforæ templum, quam etiam Limnæam nominant, et si nequaquam Diana sit, sed Cretensem Britomartis. Ex quo ut de discrimine utriusque deae iterum docemur, ita Britomartis sacra nequaquam intra Cretam conclusa fuisse videmus.

Illud dolendum, signum ejus ligneum a Dædalo scalptum, atque Olunte servatum a Pausania L. II. c. 11. pag. 793. indicari solum, non vero describi, dum ait: Δαιδάλος δὲ τῶν ἔργων δύο. - - - - τοσαῦτα δὲ ἔτερα ξύλα ἐν Κρήτῃ Βριλόμαρτις ἐπ' Ολενί. n. 7. λ. Ex Dædali operibus duo. - - - - totidem lignea in Creta, Britomartis Olunte &c. Adtamen ex iis, quæ de Sparta disputat, satis conficitur, tam simili habitu eam repræsentatam, ut pro Diana haberi potuerit ab eo, qui patriarcharum cujusque urbis religionum esset ignarus, eccur enim tam solicite monuisset: ἔστιν ἐκ Αρτεμιν, Βριλόμαρτιν δὲ τῶν Κρητῶν. Eam nequaquam Dianam, sed Cretensem Britomarten esse. Neque quis obpo fuerit, adcuratum scriptorem id adjecisse, quia ab ipsis Λα- cedæmoniis Αρτεμίς Ισώρα nominabatur; Verum cedo! unde hoc ipsum evenit, nisi ab adsuetis ad Dianæ signa oculis,

lis, antequam Cretensis hæc religio in Peloponesum inveniatur.

## PRIANSIENSIUM.

Neptunus feminudus stans d. tridentem )  
 ΠΡΙΑΝΣΙΕΩΝ *Priansienium*. Mulier ad arborem sellæ infidens,  
 d. aut pascit serpentem, aut animali adsilienti blanditur *Tab.*  
*III. N. I.*

Argenteum hoc numisma iam quidem Frœlichii, meaque opera *Cimelii Austriaci Vindobon.* P. I. pag. 34. etiam *Tab. VIII. N. 9.* depictum prodiverat, verum cum, quia liber ille ob majus, quo venditur, pretium in paucorum est manibus, tum propterea maxime hic locum merebatur, quod a nobis litera una deceptis male lectum Priene Joniae oppido adtributum fuit; Ad hunc lapsum præter Σ ita distortum, aut compressum, ut pro E haberi potuerit, potissimum sane contulit altum apud *geographos*, & historicos omnes de Priasio Cretæ urbe silentium, quo factum, ut ne suspicio quidem diversæ lectionis animum subiverit.

Fortuna antiquaria evenit, ut aliud agens in marmor Oxoniense olim a Cl. Humfrido Prideaux *N. LVII*, nunc adcuratius a Cl. Chishul. *Antiquités Asiatiques* pag. 129. & seqq. editum inciderem, quo præclaro monumento, ut inter Hierapytnios, & Priansienses communium utriusque civitatis jurium societas stabilita, ita Priasii nostræ, æternum alias sepeliendæ memoria est conservata; Priasii nostræ, ajo, etenim quam primum res finebat, ad Cæsareum museum

feum advolanti & Jonica Priene omnino evanuit, & sincera ΠΡΙΑΝΣΙΕΩΝ lectio non sine indignatione de anteriore incuria, non solum se explicuit, verum ab arbore, quæ in Hierapytniorum moneta fere similis, etiam confirmata fuit.

Citius quidem ad hanc notitiam forsan venire poteramus, nisi in Stephanum Byzantium, seu Hermolai, a quo in compendium contractus est, seu scribarum errore pag. 646. mendum inrepfisset, ubi pro ΠΡΙΑΙΣΟΣ πόλις Κρήνης laudatus Prideaux cum eruditis aliis suspicati sunt legengendum ΠΡΙΑΝΣΟΣ., quod sane utrumque gentile promiscue a Cosmis in marmore adhibitum (Πριανσοι, Πριαντιευς ut in Stephano: οι πόλιαι Πριανσοι, ιαι Πριαντιευς) stabilire videtur. Verum etiam tum angustis admodum limitibus geographicâ hæc eruditio circumscripta fuisset, Cretæ oppidum sciremus denique, ast maritimumne, an mediterraneum, quave in regione insulæ situm etiamnum ignoraremus.

Utroque dubio nos expedit cum numus præfens, tum præstantissimum marmor. Mari adsedisse Priansum Neptunus anticæ partis satis docet, qui item in museo Inl. Arigonii se sifit in aversa numi N. 181. Tab. XVIII. cum epigraphe ΠΡΙΑΝ. Pro erroris solatio hoc numisma commemorare volui, quia itidem Priene adscriptum, quem tamen ejusdem Cretenis oppidi esse (si lectio adcuratior, quam in consequente ΠΡΙΑΝΕΩΝ, ubi probabilius ex iis, quæ nobis haec tenus constant ΠΡΙΑΙΣΕΩΝ legendum) concicere licet.

Eundem situm non uno loco conprobat fœderis inscriptio: Primum circa medium ita habet: Εἰ δέ τι καὶ ὁ Ἱεραπύτνιος ὑπεχθῆλαι ἐσ Πριάνσιον ἢ ὁ Πριάνσιεὺς ἐσ Ιεραπύτνιαν ὅτιέν, ἀλέλεα ἔσω, καὶ ἐσαγορένω ἀντί, καὶ τότεν τὸς παρπός καὶ κατὰ γῶν, καὶ κατὰ Θάλασσαν. *Seu civis Hierapytnius Priansium, seu Priansiensis Hierapytnam aliquid terra, marive deportaverit, tam res, quam inde facti fructus ab omni telonio immunes sunt.*

Deinde utramque urbem suum navale habuisse, ex iis, quæ continuo adjiciuntur, infero: Ων δὲ καὶ ἀποδῶλαι κατὰ Θάλασσαν ἐώσας ἐξαγαγεῖς τῶν ὑπεχθεσίμων ἀποδόλω τὰ τέλεα κατὰ τὸς νόμος τὸς ἐκατέρη νειμένος. Si vero quid telonio obnoxium mari exportatur, pendetur id, quod alterutrius legibus cautum fuerit. Ecce cedo! hæc exceptio? nisi licuisset Hierapytniis aliud telonium suo ex portu soluturis, etiam Priansiensibus, & vicissim inponere, redundabit enim alias illud: κατὰ τὸς νόμος τὸς ἐκατέρη νειμένος; Denique idem confirmat stipulatio de prædis distribuendis in hæc verba: Αἱ δέ τι, Θεῶν βελομένων ἔλοιμεν ἄγαθον ἀπὸ τῶν πολεμίων ἢ κοντά ἐξοδεσταντες, ἢ ιδίαι Τινες παρ ἐκατέρων ἢ κατὰ γῶν, ἢ κατὰ Θάλασσαν κ. τ. λ. Si qui publicis, privatisve auspiciis terra, marive facta expeditione deorum beneficio aliquid ex hostibus ceperint, &c. frustra hic item adjiceretur ιδίαι & κατὰ Θάλασσαν, nisi utraque urbs suis navibus, atque adeo portibus instructa fuisset.

Propinquam Hierapytnæ Priansum, atque ita vicinam, ut agri agris essent contermini, ex iisdem tabulis conficio; Linea XVII. lego: Εξέσω δέ τῷ τε Ιεραπύτνῳ σπείρεν ἐν τᾶι Πριάνσιαι, καὶ τῷ Πριάνσιει ἐν τᾶι Ιεραπύτναι

*Tric.* Tam civi Hierapytnio in agro Prianstensium, quam Priansensi in Hierapytnio seminare fas esto. Quivis videt, conditionem isthanc, nisi a conterminis civibus poni non potuisse.

Ut nihil dicam, tam de communi curia, de qua mentio est *Linea XXXIII.* Ο δὲ πόσμος ὁ Ἱεραπύνιος ἐρπέλω ἐν Πριανσίῳ ἐς τὸ ἀρχεῖον, καὶ ἐν ἔκκλησίαι παθήθω μετὰ τῶν κόσμων ὀστάνως δὲ καὶ ὁ τῶν Πριανσίων κόσμος κ. 7. λ. *Cosmus Hierapytniorum in curiam Priansorum intrandi jus habeto, atque cum eorum cosmis in concilio confidendi: idem liceat cosmo Prianstensium apud Hierapytnios &c.* Quam de sacrarum epularum communione in Herochiis, aliisque festis, cuius meminit *Linea XXXVII.* Qui novit, ab ejus ætatis hominibus itinera fere pedibus, nullo, aut rarissimo vehiculorum usu confecta, etiam hinc finitos Hierapytniis Priansenses nullo negotio arguet.

Quid quod etiam ex eadem columna de cœli plaga aliquid probabile definiri posse mihi videatur, Priansum scilicet magis in occasum versus Gortynam jacuisse, quia initio marmoris anterius cum Gortyniis foedus, cui etiam Priansenses jam adcesserant, commemoratur: Ἱεραπύνιοι καὶ Πριανσῖοι, ὅμονοντες (ut Chishull subplet) ἐν ταῖς προυπαρχώσαις σάλαις ιδίαι τεθέσαις Γορτυνίοις καὶ Ἱεραπύνιοις. *Hierapytnii & Priansii, qui jam ante federati erant, per columnas seorsim pro Gortyniis & Hierapytniis constitutas &c.* Novimus, inter vicinos, atque continuo aliquo terrarum tractu habitantes facilius istiusmodi pacta coalescere, ipsam vero Hierapytnam, ut ita loquar, commodius cum Gortyna conciliabimus, si intermedio aliquo loco

loco Priansum conlocamus, atque forsan nec alium nobis determinasset Cl. Tournefortii industria, si de hoc marmore, sicut de Gruteriano, quo jusjurandum Hieraptyniis factum continetur, aliquid notitiæ ad eundem pervenisset.

Præclari hujus botanici memoria me de averfa numi parte explicanda admonet. Muliebre signum, quia nullum certum adtributum reperio, Minervam Poliadem habere non ausim, et si id templi sanctitas huic deæ tam Hieraptynæ, quam Priansi constituti suaderet, teste eodem marmore, in quo sub finem: Σιασάντων δὲ τὰς σάλας οἱ ἐνεσκόλες ἐκατέρη κόσμοι - - - - - οἱ Πριάνσιοι ἐν τῷ ιερῷ τὰς Αθάνας τὰς Πολιάδος. Pilas autem coſmi utriusque civitatis, qui pro tempore magistratu funguntur, erigunto - - - - - Priansi in æde Minervæ Poliadis.

Ad arborem venio, scio fere similem in Hieraptyniorum numis repræsentari, scio, eam ab Inl. Spanhemio, & aliis palmam existimatam fuisse, verum nescio, quantum me Cl. Tournefortii ratiocinatio ad se adlicit, ut pinum, quam arborem quamcunque aliam, mavelim, ejus sententiam Latine reddam, ita ille *Tom. I. Relat. d'un Voyage du Levant ep. I. pag. 56.* ubi numorum Hieraptyniorum Caracallæ meminisset, in quorum postica aquila fulmini insistit penes arborem, quæ palmæ speciem præfert, prosequitur:

*Monetæ hæ mibi in memoriam refricant, ne unam quidem palmam circa Girapetrum (nomen id urbis hodiernum) provenire, atque universa in insula paucas admodum coli,*

adeo ut dastyli, quibus incolæ vescuntur, ex Africa adportentur. Spanhemius alius numismatis ejusdem oppidi meminit, cuius Genius capite muliebri turrito repræsentatur, in aversa vero item palma cum aquila conparet. Quod existimatas has palmas adtinet, tam ruditæ cælaturæ sunt (neque nostra maiorem ætatem spirat) ut perbene pini haberri possint.

Scio, Theophrastum adserere, plures palmarum species ferre Cretam, verum hic autor, qui itinera non suscepit, vix aliquid, quam ex aliorum narrationibus refert. Observandum etiam est, numi de quo loquimur, oram duobus oleæ ramis cinctam: arbor hæc perfrequens est in agro Girapetræ: forsitan monetarii hanc non secus ac pinum ut arbores in urbis vicinia latius provenientes, hanc quidem in montibus, illam vero in campis, ubi magna cura rigatur, repræsentare voluerunt. His quod addam, non habeo nisi vide ri mihi, antiquarium, cum in plantarum regno versatur, botanico, qui eam ipsam regionem perreptavit, in qua numerus signatus est, omnia deferre debere.

## SINOPENSIUM.

Caput galeatum Miletii ) - - ΝΩΠΗ. Sinope.  
Pharetra. Tab. III. N. 2.

Duobus in locis ad Tom. II. Haymii scilicet pag. 175. ad numum Gaziuræ N. 114. deinde pag. 178. ad numum Chabaëti promiseram ex meo Sinopensi luculenter me ostensurum, instrumentum, quod in aversa Ponticarum monetarum videmus, nequaquam parazonium habendum esse,  
en

en illum: ne minimum quidem in hoc superiore parte ita prominet, ut, quemadmodum in aliis capuli speciem præbere possit. Verum non ideo solum hic locum mereatur; nullum hujus urbis cum pharetra in editis libris repererat Cl. Gesnerus, tardius aliquem, et si non sine mendio, nobis exhibuit Inl. Arigonius *Tab. XX. N. 196.*, ast capite multum diverso, alia item pharetræ forma insignem.

Tertii promissi in ipsa adpendicula *pag. 49.* facti in mentem venit, ne nempe commentarium in numum Amisenum nimium onerarem, ea, quæ ad Ponticarum monetarum, & quidem eadem in officina percussarum typos, cælaturæ, & metalli diversitatem spectant, hic me pertransfaturum spopondi. Id antequam exequar, observationem aliquam præmitto, quæ sponte subnata est, cum in hac pecunia versarer. Scilicet Ponticas monetas cum pharetra, & capite galeato Miletii haec tenus auctas per numum ΛΑΟΔΙΚΕ Inl. Arigonii *Tab. XIII. N. 127*, per alterum ejusdem ΜΙΛΕΣΕΙΩΝ. *Tab. XVI. N. 154.* si quis nempe contra meam sententiam Miletum aliquam etiam in Ponto condere vellet;

Tertius adcessit Inl. Pembrokii, in quo tamen pro ΤΙΜΩΛΙΣΩΝ legendum ΠΙΜΩΛΙΣΩΝ., Pimolisorum enim tam Strabo, quam Stephanus meminit, & hic quidem in hæc verba: ΠΙΜΩΛΙΣΑ ἀδελερον φρέριον τῆς ἐνὶ ὥστῃ Αλυως Ποντικῆς. *Pimolisa neutrum, castellum Ponticæ intra Halyn*; nemo vero Timolisis cogitavit. Agmen denique claudit præsens meus Sinopensis, ut adeo pharetra adhuc in numis ΚΟΜΑΝΩ, ΚΑΒΗΡΩΝ, & ΑΜΑΣΤΡΕ.

desideretur, sicut ægis cum Victoriae signo in monetis Gaziurorum, Pimoliforum, & si cui placet, Miletii Ponticæ. Arbitror, nemini hanc digressionem tedium parere potuisse, cum non nisi jucundis oculis rei antiquariæ fines promotos intueri soleamus.

Ad propositum redeo: Tria numorum Ponticorum genera multum inter se diversa, & quidem iisdem in urbibus signatorum vidi haec tenus, quæ adtentionem aliquam mereri mihi videbantur; sunt crassiusculi flavi æris pharetrati (liceat vocabulo aliquo technico uti) minoris diametri: Alii majoris formæ minus tamen densi, cælaturæ rudioris ex ære rufo flati: Denique lamellæ tenuioris, æris flavi, scalpturæ minus prominentis, ægidem, & Victoriae repræsentantes. Omnibus his suam ætatem conjectura aliqua probabili adscribere operæ pretium mihi videbatur.

Eos, qui pharetram præferunt, ad antiquiores atque origini proximos jam retuli, dum de Amiseno meo agebam. Ad hos proxime adcedere arbitror ex rufo metallo crassiore Minerva fabrefactos; opinionis rationem reddo: vidi in gaza Cæfarea Sinopensem numum ejus similem, quem Goltzius *Tab. IV. N. 1.* depinxit, alterum Amisenum in museo Cl. Ilgneri Jovis capite in antica, in postica aquila fulmini insidente confignatum æris, & manus ejusdem, quam paullo ante descripsi: ast simillimi typi habemus cum epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΦΑΡΝΑΚΟΥ, seu ad primum, seu ad alterum hujus nominis, ut Frœlichius hæsitando cogitat. *Notit. Elem. Numis. pag. 154. & seq.*, referatur

Eos

Eos etiam tractavi, quos laudatus Goltzius *Tab. II.* & *III.* inter Amisenos exhibet, ejusdem coloris æs, nec cæli majorem laudem deprehendi; quia Pegasum pascentem in Mithradatis Eupatoris numis argenteis etiam conspicimus, & caput galea clausa coniectum militari ejus ingenio admodum congruit, non aliam ætatem mihi redolere videntur istiusmodi numi, neque ab hac sententia facile dimovebor, dum numus elegantiore artificio & ære flavo proferatur, qui nomen aut vultum Mithradatis *VI.* exhibeat.

Vidi, fateor, elegantissimi operis numum argenteum hujus regis in museo bonæ memoriæ D. de France (quod ab honestissima matrona vidua integerrimum conservatur) sed unum etiam eum vidi, qui forsan alicubi in Afia, ubi artes magis florebant, fatus fuerit; conveniebat sane hæc rei monetariæ negligentia in regem, qui armis fabricandis magis intentus erat, ut eum describit Appianus *de bel. Mithr.* pag. 188. Αὐτὸς δ' ἀπὸ τεθδε τοῖς σραῖνγοῖς τὰ πολλὰ μεθεὶς ἐσράιολόγει καὶ ὠπλοποίει. *Ducibus postbac pleraque permittens deleictibus faciendis, crudendisque armis intentus erat.* Ex quo consequitur numos hujus classis Ponticorum regum temporibus adtribuendos.

Verum quo demum tertia illa numorum classis, quam postremo Mithradati vendicabat Cl. Haymius, removebitur? censeo, aptiorem eis statui non posse epocham, quam tempus, quo Pompejus Pontum conposuit, huc me constans commune Victoriae signum adlicit. Non relatas victorias Mithradati eripio, ast alternantem ejus fortunam fuisse, nemo est, qui nesciat, scio classe Græciam sibi  
ad-

adjunxisse, sed levitate perterritorum Græcorum magis, quam pugna edita, ob cuius felicem exitum tropæum navale erigeretur, quare numus ille Amisenus, quem Goltzius *Tab. II. & III. N. 7.* exhibet cum Victoria navi insistente ad Mithradatem pertinere non potest, verum signum deæ simillimum se objicit in reliquarum urbi-um monetis, igitur neque istas Eupatori adscribere licebit.

Quam diversa omnia sint de Pompejo, recitata ex Appiano, quæ in triumpho circumlata fuit tabula, satis docebit, ita ille *de Bel. Mitbr.* sub finem pag. 253. Παρεφέρετο δὲ καὶ πίναξ ἐγγεγραμμένων τῶνδε. Præferebatur etiam tabula ita inscripta: Νῆες ἐάλωσαν χαλκέμβολοι ὀκλαύσιαι. Naves rostratæ captæ Iccc. quarum nempe, ut idem pag. 237. bello piratico tam præclaro consilio, quam felice eventu intra paucos dies consecuto LXXI. expugnatæ, deditæ CCCVI. Ejusmodi sane expeditio Victoriae navalis signum in Amiseno ære promerebatur. Prosequitur tabula: Πόλεις ἐπιθησαν Καππαδοκῶν ὄκλω, Κιλίνων δὲ, καὶ Κοίλης Συρίας ἔποσι<sup>r</sup> Παλαισίνης δὲ ἡ νῦν Σελευκίς. Vrbes conditæ in Cappadocia VIII. in Cilicia, & Cœleſyria XX., in Palæstina hodierna Seleucis.

Omittitur hic fundata in Armenia Nicopolis, ad quam ipsam aduluisse videri possunt monetarii; omittuntur oppida in ipso Ponto a Pompeio restaurata, ut Eupatoria, de qua Appianus pag. 251. Εν δὲ Πόντῳ Ευπατορίᾳ ---- ο Πομπείος ἐγείρας, Μαγνόπολιν ἐνάλει. In Ponto vero Eupatorium (quam nempe rex et si ab se conditam & no-minatam diruerat) restauratam ab se Magnopolin dici voluit Pompeius. Paullo aliter rem narrat Strabo, cui tanquam syn-

synchrono, & regionis perito plus est deferendum L. XII.  
pag. 556. Πομπίης δῆμιλελῆ καλαλαβὼν, προθέις χώραν,  
καὶ οἰκήτορας Μαγνόπολιν προσεῖπεν. Eam (Eupatoriam)  
cum media parte perfectam vidisset, agro, & incolis addi-  
tis *Magnopolis nomine* condecoravit.

Nulla mentio fit de Cabiris, de quibus idem geogra-  
phus de Pythodoride loquens pag. 557. τὰ δὲ Καβειρά  
Πομπία σπενάσαντος εἰς πόλιν, καὶ καλέσαντος Διόπολιν, εκείνην  
προκαλασκένασε, καὶ Σεβάσιν μετωνόμασε. Cum autem Pompeius  
Cabira in urbis formam adornasset Diopolis adjecto no-  
mine, addidit ipsa operi aliquid, atque Augustam cognomi-  
navit. Beneficia hujusmodi in Ponticam regionem conlata  
profecto liberas deinceps urbes inducere poterant, ut se  
gratas publico aliquo monumento testarentur.

Sufficiente argumentorum numero armatus ad hanc  
meam sententiam defendendam adcesseram, verum video,  
ex posteriore Strabonis aliud emergere, de quo prius ne  
cogitaveram quidem; nullum habemus Cabirorum numum  
cum Mileti capite, & pharetra, quem Cl. Haymius T.  
II. pag. 142. edit. Ital. pag. 175. Latinæ, primum profert,  
ad Mithradatis tempora, ut superius indicavi, referri po-  
terit, cum nihil communis typi aliarum urbium præferat,  
etsi regia aliqua Eupatoris ad delicias, & venationes eo  
in vico structa fuerit; Ast secundo loco illico se sistit nū  
mus signis iisdem cælatus, quæ Pompeii tempore oppida  
alia in monetis procudisse statuo, ita ut non solum ægis  
cum Victoria luculenter conprobet, oppidulo huic a Pom-  
peio eam dignitatem fuisse adjectam, quam reliquæ ante

jam habuerant, sed præterea stabiliatur, similem aliis in urbibus typum ante hoc tempus non obtinuisse.

Ad tabellam triumphalem redeo; Βασιλεῖς ἐντίθησαν.  
**Tigranes** ὁ **Αρμένιος**: **Ἄρτοκης** **Iberus**: **Ορίζης** **Αλβανός**: **Δαρεῖος** **Μῆδος**: **Αρέτας** **Ναβαταῖος**: **Αντίοχος** **Κομμαγηνός**. Reges victi fuerunt: **Tigranes Armenius**: **Artoces Iberus**: **Orizes Albanus**: **Darius Medus**: **Aretas Nabathaeus**: **Antiochus Commagenus**. Quare præter Ponticas gentes conlatis feliciter signis, idque uno velut cursu Colchi, Albani, Iberi, Armeni, Medi, Arabes, Syri, Judæi Romanis subditi, imperiique fines hinc ad Euphratem, inde ad **Ægyptum** prolati. Cedo, an non æquissimum erat, tot tantasque victorias publica in pecunia celebrari ab iis, qui earum fructus primi fuerant experti, vel da imperatorem, tempus indica, quibus hæc Ponticorum oppidorum grati animi contestatio magis congruat.

Suspicionem, cum de Amiseno numo cum pharetra agebam, injeci, an non pecuniæ similitudo suadere possit, Ponticas civitates, ut **Ætolos**, **Achæos** priscis illis temporibus in corpus aliquod rei publicæ coivisse. Postremum hinc argumentum repeto; extra controversiam est, metalli, molis, cælaturæ diversitatem aliquam & magnam quidem rei publicæ conversionem indicare, typorum vero similitudinem arguere, eam non aliam fuisse, quam qua in eundem statum gentes Ponticæ restitutæ fuerunt, quo ante Pharnacis I obpressionem fruebantur; Mira vis huic monetarum similitudini inest, liberi erant Ponti incolæ, dum confensione aliqua **Kλισην** suum, pharetramque originis indicium pecuniæ confignaverunt, quare eidem libertati reditos

ditos esse necesse est, dum communi consilio in moneta formæ, metalli ejusdem hinc ægidem, inde victoriam ferierunt. Historiam omnem eversum ibis ante, quam felicitati huic aliud a Pompejano tempus designabis.

Victoriæ signum aversa horum numorum parte cælatum me hæc tenus detinuit, de antica parte (licebit ita eam nominare, quæ epigraphe caret, quemadmodum in urbium aliarum numismatis, in quibus caput sine characteribus repræsentatur) dicenda quoque sunt paucula. Ut ex pharetra insignibus monetis Minervam submovi; ita etiam deæ hic eripiendam esse ægidem censeo; communis hic typus conplurium urbium communia etiam sacra indicat, nihil similiis erga Palladem religionis in Ponto facile ex historicis ostendet aliquis, id cum ex his, tum ex mythologis scio, Bellonam ita armatæ Minervæ specie fictam fuisse, ut hæc cum illa facile confundi potuerit.

Testem Strabonem jam induco L. XII. pag. 557. Τπερ δὲ τῆς Φαναροίας ἐσὶ τὰ εἰς Κόμαρα τὰ ἐν Πόντῳ, ὁμώνυμα, τοῖς ἐν τῇ μεγάλῃ Καππαδοκίᾳ, καὶ τῇ ἀντί Θεῷ καθιερωμένην. Supra Phanarœam sunt Comana Ponti, ejusdem nominis cum iis, quæ in magna sunt Cappadocia, eidemque deæ consecrata. Quæ vero illa, declarat id eodem libro, ubi de Cappadocia pag. 535. Στενοὶ εἰσιν ἀνλῶνες, ἐν δισὶ ἵδρυαι τὰ Κόμαρα, καὶ τὸ τῆς Ερυξ ἱερόν. Angustæ sunt convallæ, in quibus sita sunt Comana, & Bellonæ templum.

Quia nolo hic Strabonem transcribere, obiter solum recenseo, quæ de Cappadocico templo commemorat, regi nempe dignitate proximum esse sacerdotem, sex hominum

millia utriusque sexus sacro numinis conlegio fuisse adscripta, agri bonam partem summo, ut dicam, pontifici esse adtributam. De Pontico templo loco indicato paucis interjectis eadem narrat: Σχεδὸν δέλι καὶ τῇ ἀγωγῇ παραπλησίᾳ πεχρημένα τῶντες ιερογρυπῶν, καὶ τῶν θεοφοριῶν καὶ τῆς περὶ τὰς ιερέας Τιμῆς καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν προτότοτε βασιλέων. Iisdem fere utebatur ritibus sacrorum, divinorum instinctum, & sacerdotum veneratione: quod maxime factum est sub prioribus regibus.

Si non facile aliquid sanctius, celebriusque alibi terrarum observamus, si nemo Haymum, antiquarios alios reprehendit, dum ab ædicula aliqua, quam duobus verbis solum perstringit historicus, ad monetarum signa explicanda adgrediuntur, an non reprehensionem mererer ipse, si ad Palladem potius, quam ad Bellonam ægidem referrem, ubi de Ponticis urbibus differo? Quid quod videantur mihi monetarii earum officinarum de industria noluisse deam ipsam cælare, veriti, ne ab suarum religionum ignaro pro Minerva haberetur, dum contra solum scutum huic præsertim aversæ parti conjunctum satis aperte Martialem deam designaturum, arbitrabantur. Gravius huic ratiocinationi momentum inde adcedit, quod, et si variis in urbibus, atque Athenis præcipue summa veneratione Minerva colebatur, nullus tamen ex hac tenus editis numus ab ullo hujusmodi populo, aut civitate signatus potest ostendi, in quo monetæ præfecti per solam ægidem præstitem suam divam indicauerint, quare minime ambiguum Bellonæ indicium Ponticis cælatoribus merito etiam videbatur.

## SIPHNIORUM.

Caput muliebre hedera cinctum )  
ΣΙΦΝ. *Siphniorum.*  
Vas ansatum inter caduceum & lampadem. Tab. III. N. 3.

Siphniorum quatuor solum numos diversi typi retulit Gessnerus, duos nempe ex Goltzio, de quibus inferius redibit mentio, totidem vero alias Tab. LX., quos male Seriphō fœderatæ insulæ adtribuit, scilicet argenteum communī utriusque insulæ typo chimæræ scilicet, & avis volantis, alterum æneum cum capite Apollinis, & simili ave, cuiusmodi ambos inter meos etiam condidi. Id hic miror, Nonnum, Begerum, alios in utriusque insulæ moneta signatam volucrem aquilini generis existimavisse, cum potius domesticæ, aut silvestris avis, mensarum lautitiis destinatae speciem præbeat; Apte hanc in rem Tournefortius, dum in nostræ Siphni laudes *Relation d'un voyage du Levant T. I. epist. 4. pag. 206.* excurrit, cum enim narrasset, ob cœlum ea in insula saluberrimum senes 120 annorum ibidem videri, præter aquam & fructus, feras, aves tam cortis, quam silvestres exquisitissimi saporis, & singulari abundantia esse deprædicat.

Unicum ergo aliquid, quod hac in insula provenit, ex incolarum pecunia hactenus novimus, plura singularis mei musei numus docet; Caput hedera coronatum sane vitium præstantiam arguit, conprobat id eodem loco laudatus botanicus, scribit enim botros divini quid habere: *Les raisins y sont merveilleux.* In aversa medium se fistit vasus genus potui destinatum, celebrata insulæ pocula fuisse

ex Stephano liquet, ubi Σίφνιον πολύριον poculum Siphnium commendat. Quid quod aliud præterea mihi innuere voluisse videbantur monetarii, ollas nempe fictiles, vasaque mensis inferenda, quibus sibi magnum & nomen, & preventum comparaverunt Siphnii.

Describit hæc præter alios adcuratius Theophrastus L. de lapid. mihi pag. 397. Πλεισ δέ εἰσιν οἱ δεχόμενοι πάσας τὰς ἐργασίας ἐπεὶ καὶ ἐν Σίφνῳ τοιεῖτος τίς ἐστιν ὄρυκτος, ὃς τρία σάδια ἀπὸ Θαλάτης, ερουγγύλος καὶ βολώδης, καὶ τορνένεται, καὶ γλύφεται διὰ τὸ μαλακόν. Οταν δὲ πυρωθῇ, καὶ ἀποβαφῇ τῷ ἔλαιῳ, μέλαστε τρόφορα γίνεται, καὶ σκληρός ποιεῖται δὲ ἐξ ἀυτῶν σκέυη τὰ ἐπιτραπέζια. Multi etiam sunt (lapides) qui omnia opificia in se admittunt; siquidem ἐστιν in Siphno huiusmodi lapis est fossilis trium stadiorum spatio a mari, rotundus, ἐστι glebosus, qui ἐστι tornatur, ἐστι cælatur ob mollitatem, idem tamen candefactus ubi oleo delibutus fuerit, nigerrimus fit ἐστι durus: vasā ex hoc faciunt, quibus in mensa utimur.

Commercio, quod adhuc hodie floret, olim fuisse celeberrimam, cum caduceus in præsente numismate indicat, tum metalla auri & argenti, quibus olim Siphnii abundant, teste Herodoto L. III. pag. 182. τὰ δὲ τῶν Σιφνίων πρήγματα ἡμιαρχεῖ τέτον τὸν χρόνον, καὶ νησιωτέων μάλιστα ἐπλέτεον, ἀτε εοντῶν ἀντοῖσι ἐν τῇ νήσῳ χρυσέων, καὶ ὑρυζυρέων ἔτω, ὡςτε ἀπὸ τῆς δεκάτης τῶν γηνομένων ἀντόθεν χρημάτων Θησαυρὸς ἐν Δελφοῖσι ἀνακέεται ὅμοια τοῖσι πλασιωτάτοισι. Vigebant autem eo tempore (Olymp. LXII.) Siphniorum res, erantque inter insulares maxime locupletes, quippe quibus in insula erant auri, ἐστι argenti metalla, unde tan-

*tantum pecuniae proveniebat, ut ex ejus decimis Delphis thesaurus reponeretur ditissimo cuique par.*

Has ipsas fodinarum divitias, etiamsi historicis careremus, numismata saltem eo sub dubio conprobarent, alterutra in insula, Seriphō nempe, aut Siphno, ditissima fuisse metallā, si enim harum numi cum aliis archipelagi insulis conparentur, paucos etiam amplissima musea drachmales tibi offerent, tetradrachmos vero paucissimarum reperies; ubi Seriphiorū non minores ii solum, sed etiam hujus moduli complures majoribus in numophilaciis adservantur, qua in insula scopolis horrente de Seriphō loquor, cum nec hodie præter ferri & magnetis fodinas reperiantur aliæ, necesse fane erat, ab Siphno peculiari foedere juncta argenti laminas illuc deportatas fuisse. Profecto aliquando etiam Siphnii ejus ponderis numi producentur, cujusmodi eum esse suspicor, quem ex museo Granelliano *Notit. Element. Numis. Tab. II. N. 19.* Fröelichius ediderat. Hac in divitiarum abundantia nemo iam mirabitur, duas has insulas solas cum Melo aquam & terram Persis potentibus negavisse, teste Herodoto *L. VIII. pag. 473.*

Ad commercii frequentiam non parum etiam contulerunt quinque portus, quos laudatus Tournefortius indicat, quorum unum præcipue a singulari opportunitate multum commendat Dapperus *pag. 365.* Nec contenta erat his naturæ beneficiis incolarum industria, pharum horum alicui ad nocturnæ navigationis securitatem adstitutam fuisse, cum numus apud Goltzium *Tab. XIX. N. 5,* tum nomen Faro, quod cuidam etiam hodie inhæret, manifestat.

Opus hoc cum universim, tum inter cyclades Syphno singulare fuisse, facile inde conficio, quod ejusmodi turrim in nulla harum insularum moneta, & rarissime in aliarum urbium ære, si Ægyptiorum numos, qui suam perpetuo jactabant, excipias, videre me commemini; subtractionis magnificentiam satis ostentat inposita statua, atque monetariorum consilium, quo ejus in publica pecunia repræsentationem ad insulæ gloriam multum facturam censuerunt.

Quod præclaræ huic moli in Goltziano numo deest, ex meo subpletur, in quo e regione caducei lampas ab aliis diversa, atque ad hunc usum adcommodata conspicitur, ut adeo, quod initio præfabar, unicus hic numus plura, quam seorsim reliqui, nos doceat, vitium nempe nobilitatem, va-  
forum præstantiam, portus nocturnam securitatem, denique commercii statum florentissimum.

## SOLOPOLITARUM.

Caput Pompeii nudum sine epigraphe )( СОЛОПО-  
АИΤΩΝ. *Solopolitarum*. Victoria gradiens d. lauream, s.  
ramum longiorem in humerum reclinatum. *Tab. III. N. 4.*

Maxime singulare hoc, atque incomparabilis raritatis Inl. numisma Marchionis Savorgnani, patroni mei nunquam satis laudandi museum, tanquam summi pretii gemma exornat. Nihil exaggero, seu anticam, posticamve partem, seu epigraphen, typumve inspicimus; Unicum Pompeii numum non sine raritatis præfatione nobis in fronte imperia-  
lium Græcorum Cl. Vaillantius exhibuit, ast adjecto ad ca-  
put

put clarissimi imperatoris nomine præterea, tam signo, quam epigraphe a nostro diversum, etenim, quamvis in eadem urbe est percussus, mutatum iam ab restauratore Solorum nomen ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ præfert.

Duos deinde alios thesaurus Theupoli subpedavit, cum eadem inscriptione utrumque T. II. pag. 829. horum alter urbis epigraphen in antica repræsentat, alter caput idem anepigraphum, ut præfens, similemque in postica Victoriae cælatam habet, qualem item nobilissimus XVir possidet. Rarissimam hanc trigam superat noster, qui cum capite τε Κτισθ antiquius urbis nomen inscriptum ostentat, quod nec ego, nec alter in veteri moneta se legere meminerit, ut adeo moneta hæc sicut tempore alias præcedit, ita vel tacentibus historicis, nos doceret, quod oppidum Pompeii M. nomine insignitum fuerit.

Neque hic omnem raritatis præstantiam explicui; sicut unicum iam tenemus hujus Ciliciæ oppidi numum ΣΟΛΟΠΟΛΕΙΤΩΝ inscriptum, ita unum etiam solum cum primo ΣΟΛΕΩΝ nomine in catalogo le Bret adnotatum reperio, ex quo sane liquet, rarissimas has monetas habendas, atque antiquarios omnes Inlustrissimo possessori plurimum obstrictos esse oportere, qui aliud præterea beneficium adjecit, dum Pompeii effigiem quam adcuratissime ex numo depingi fecit, ut ex hoc ectypo Vaillantii pictura corrigatur, quæ celeberrimo huic imperatori alia vultus lineamenta adfinxit.

Alia duo in rem meam commoda ex aversæ typo etiam enascuntur. Stabiliveram superius, ubi de postremis

Ponticis agebam, eos numos, qui Victoriam cum palma gradientem in postica, in antica vero ægidem exhibent, ad Pompeii expeditionem referendos: suspicabar etiam monetarios ad Nicopolin Armeniacam respexisse. Utraque mea conjectio signo posticæ hujus numi confirmari videtur: si millimam habemus Victoriam, & quod ad rem facit plurimum, mitra Armeniaca tecta.

Sicut gemmarum, ita numorum cælatores ex statuis fere, aliisye publicis monumentis exempla sibi sumfisse certissimum faciunt numi, quibus restitutio operum, quæ vitium fecerant, est inscripta epigraphe REST. olim pessime ad restitutas folias chalybeas formas monetarum contracta, atqui ne extra Pompeianam familiam evager, satis id conprobat denarius, qui Scyllam ita omnino exhibit, ut in *Anthol. L. IV. c. II.* a poeta ejus statua describitur:

Εἰ μὴ χαλκὸς ἐλαμπεν, ἐμίνυε δ' ἔργον ἄνακτος  
Εμμέναι Ηφαίστε, δεδαλέριο τεχνης,  
Αὐτὴν ἀντὶς Συύλλαν οἴστωτο τηλόθε λεύσσων  
Εσαμεν, ἐν πόντῳ γαῖαν ἀμειψαμένη  
Τόσσου ἐπιστείει, τόσσον κότον ἀντία φαίνει  
Οἴον ἀπὸ πελάγεις συκλωνέουσα νέας.

*Aenea ni facies, fulvo splendore, creatum  
Mulciberi ingenio proderet artis opus.  
Eminus adspiciens jurabit gurgite Scyllam  
Adstare, & terram præposuisse mari.  
Tam vibrat advorsum, tam pressas triplicat iras,  
Quam dum tecta mari quaſſat iniqua rates.*

Perspecta hac Romanorum in statuas, quibus ad posteros res præclare gestæ transmitterentur, propensione, & cælatorum imitatione, quis facile negaverit, eandem, quæ Nicopoli in Armenia constituta fuerat, Victoriam urbes Ponticas suo in ære confignavisse: Solopolin vero majoris adulcationis causa Armeniacum etiam capitis cultum adjecisse. Pompeji effigies in antica majorem in modum hæc omnia constabili, neque enim dubitari potest, eos ad quorum oppidum etiam tanti imperatoris nomen transfivit, aliud aliquod signum, in averfa cusuros fuisse, quam quod, conditori suo placere quam maxime sciebant.

De occasione mutati urbis nominis pauca adjicere placet; Oppidum hoc maritimum ultra Latmi ostia ab Achæis & Lindiis Rhodiorum in campestri Cilicia stratum adfirmat Strabo *L. XIV.* pag. 671, priscis temporibus floruisse admodum ex Arriano de exped. Alex. *L. II.* pag. 68. confici potest, ubi: Επέβαλον ἀντοῖς Τάλαττα διακόσια ἀργυρίων ϰημίαν, ὅτι πρὸς τὰς Πέρσας μᾶλλίνι τὸν νῦν εἰχον. *Ducenta argenti talenta* (Alexander) eis imperaverat, quod propensiore in Persas animo fuerunt.

Ad solitudinem redactam fuisse a Tigrane prodit Dio Cassius *L. XXXVI.* pag. 25. ubi tamen illud: επορθῆντο ὑπὸ τῆς Τιγράνες nolim de urbis eversione accipi, mitiganda est Dionis sententia per Strabonis: λειπανδρίστας, ita enim hic: εἰς ταύτην λειπανδρίστας Πομπηῖος Μάγνος κατώκισε τὰς περιγνωμένας τῶν πειρατῶν. In banc hominum frequentia deslitutam Pompejus Magnus piratarum reliquos transtulit. Ut adeo, quod a Tigrane perpeccum fuerat oppidum, aut de agrorum vastatione, dilaquisque ob famem incolis, aut de abstractis vel ad mili-

tiam, vel in servitutem civibus intelligendum fit, neque enim alias de sua ætate loquens idem geographus urbem ἀξιόλογον inlustrem, dignam, cuius mentio fiat, nominare poterat. Hoc in splendore eam se ad Treboniani Galli tempora conservasse, numismata Impp. capitibus insignia testantur; supersedeo ulteriore ejus historia.

## SYRACUSANORUM.

Caput Palladis galeatum. )( ΣΤΡΑΚΟΣΙΟΙ - - MI  
in area numi XIII. cum tribus punctis. Tab. III. N. 5.

Si Solopolitarum moneta antiquariorum oculos perstrinxit, majorem etiam admirationem obolus hic argenteus musei Ilgneriani singularis præstantissima raritate sua excitare debet, etenim, quamvis Cl. Paruta magnam argenteæ monetæ vim in ærarium Syracusanum ita conrasit, ut Corinthum etiam, ductasque inde colonias depeculatus fuerit, hoc tamen, simileve numismation omnem non solum ejus industriam effugit, verum nec ab ullo alio haec tenus in lucem est productum.

Ut primum in manus venit, fateor me miratum esse plurimum inscriptioni Græcæ Latinos numeros adjectos, pro his enim habere debebam, cum ex forma primi elementi, quod in ipsa cælatura non tam X, quam duo sibi conversis apicibus inpositi quinarii observantur, neque enim aliunde apud Romanos numerales notæ, quam ex combinatione linearum natæ sunt, ut in *Notit. Element. numis. pag. 13.* iterum monuit Frœlichius meus; tum quia, si X  
Græ-

Græcum foret, aliud nihil hic denotare posset, quam χαλκες, numos nempe æneos minores, verum quid tum consequens ternarius? cum leviore computatione obolus argenteus, qualem se numulus sua magnitudine prodit, sex æneos seu χαλκες apud Athenienses, aliorum opinione decem valuerit.

Non minorem mihi crucem fixit postremum ML, præfertim cum in spatio intermedio ne vestigium literæ, etiam scalpello erasæ compareat in numo cetera integerissimo. Ecquid tandem ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΙ. in recto? Nodum hunc Græcum, de cuius solutione desperabam libenter me doctoribus aut felicioribus secundum relinquo; lucem sane aliquam adfundere posset Excell. Joannis Carafæ ducis Nojæ XII millium numorum magnæ Græciæ, & Siciliæ, patriarchum nempe dives museum, id quod nuper in schediastmate de inscriptione Græca Heracleæ reperta ab amicissimo mihi P. de Simone transmissò cum voluptate legi, cupioque quam maxime, ut votum a Cl. Nicolao Ignarra, præclari hujus commentarioli autore, pag. 7. conceptum quantocyus inpleatur.

Græca hac sarcina in alienos humeros reclinata, quia ex mole obolum esse non dubitavi, ad libram antiquariam, ex qua aliquod præsidium sperabam, confugi, expertusque sum, numismation 12 oīnnino grana æquare, hinc observavi per numerum XIII pondus indicari non posse, nisi forsan aliquando Syracusis pondera variassent. Sciebam ex Hesychio, & aliis, obolum Siculis etiam λιτρα dictum, ita enim ille: Λιτρα, οβολὸς· οἱ δὲ νόμισμα παρὰ Σικελοῖς, οἱ δὲ ἐπὶ σαθμῷ Quare consulendum arbitrabar

de litris Siculis Cl. Sperlingum *de numis non cisis*, verum bilem potius, quam quid in rem præsentem utile inde conlegi, ita contra cusiā minutam argenteam pecuniam, quam tamen præ manibus habebam, est obfirmatus, unum, alterumve exemplum subpedito:

Postquam c. XXXIII. pag. 229 & seq. de libella, & sembla Romanorum differuisset, ita concludit: *qui quales numi dicendi sint, in argento puro vix comprehendi potest, tam exigui sunt, & vix palpabiles, ita ut eos cūsos unquam Romanis in argento mibi nequaquam persuadere possim, nisi οὐερατα eos statuamus & λεπτὰ non cusa, nec signata, qualia quoque λιτραν, & ἵμιλιτραν Siculorum in argento credo fuisse, cuius rei magnum mibi argumentum est, quod nusquam hodie tam minuti argentei Romanorum, aut Siculorum reperiuntur omnino.*

Et paullo post pagina versa: *Hinc est, quod nec sestertiū argentei supersint ulli - - - adeo ut post drachmas & ιπιδραχμον apud Græcos, denarios & quinarios apud Romanos, reliquos nummos, ipsosque obolos in argento, quotquot fuerint, οὐερατα & non obolos cūsos statuere malim, quam plane negare, argenteos istos nulla ratione fuisse, qui toties in scriptoribus adducuntur, ut argenteos fuisse satis appareat, sed tales ut nec operæ pretium fuerit in illis cūden- dis, nec facile cudi potuerint, aut tractari, nisi sub forcipe, & libra, non vero sub cuneo, & malleo.*

Duplicis erroris redarguendus est Sperlingius: Sestertiū minime οὐερατα forcicem passa fuisse, docent superstites cum noto illorum valoris charactere IIS, exhibetur talis

talis *Mus. Pembrok.* P. III. Tab. 18. N. 13. similis refertur a Cl. Morellio T. I. *inter incerta familiarum Tab. IV. N. 12.* Cufos, nempe *sub cuneo & malleo*, ut ait Sperlingius, fuisse minutos istiusmodi numos, si quis de Syracusano dubitaret, arbitrareturque, Siculos monetarios jam cochleis, & cylindris (quod quidem ne Sperlingius vult) quemadmodum nos ad minores monetas signandas usos, liquidissime docet museo meo ab Inl. Marchione Savorgnano dono datus 11 fere granorum obolus Reginus (huic enim præ alia urbi propter obversum leonis caput eum tribendum censeo) *Tab. III. N. 6 repræsentatus*, siquidem quadratum aversæ parti incusum satis mallei iustum probat illis, qui tentamen palæographiæ numismaticæ Cl. Barthelemy *Mem. de l' Academie des inscript.* T. XXIV. pag. 30. legerunt.

Longius etiam veterum industria patientiam in minima argentea pecunia feriunda progressam duobus exemplis ex numophylacio conlegii Theresiani nobilium, quod meæ custodiæ subest, conprobo: adest hic præter duos obolos argenteos Athenienses granorum 10, hemiobolus eodem ex metallo flatus, qui, et si exacte 5 grana adpendit, nec Palladis capite, nec bubonis signo in aversa destituitur. Illud admirationi esse potest, curam eorum, qui officinis monetariis, & ærario præerant, ut auctum aut immutum pecuniæ valorem in æneis numis majoribus per notam incusam, *contre-marque*, declarabant, ad ipsa, de quibus loquimur numismata se porrexisse; testatur id ex eadem gaza obolus Siculus a Selinuntiis percussus granorum 10 depictus N. 7, qui parvulum incusum caput exhibit, ex quo ipso docemur, illis nequaquam artem, aut voluntatem de-  
fuisse

fuisse ea typaria cælandi, quæ hemiobolis & minoribus etiam bracteolis malleo feriundis servirent.

Tenemus ergo obolos argenteos Syracusanum, & Selinuntinum eosque signatos, Siculis λίτρας; In notas jam Syracusani inquirendum. Commodo nobis Pollux fragmentum Aristotelis de re publica Agrigentinorum adseravit L. IX. c. 6. pag. 1057 edit. Amst. ubi: Εν Αιγαγαντίων πολιτείᾳ φοῖν Αριστοτέλης, ζημιθαίτια τριάντα λίτρας δύναθαι δὲ τὴν λίτραν ὄβολὸν Αἰγαῖον. In Agrigentinorum re publica, ait Aristotleles, aliquem multari triginta litris, litram vero valere obolum Aeginæum. Videnda jam proportio inter obolum Aeginæum & Atticum, quod ex valore drachmæ Aeginæ optime conficitur, hanc enim ut Atticam sex obolis constitisse notum est. Subcurrit rursus Pollux Ibidem pag. 1049. Τὴν μὲν Αἰγαῖαν δραχμὴν μείζω τῆς Αττικῆς, δεκα γὰρ ὄβολὲς Αττικὲς ἵχυστεν, ἢν οἱ Αθηναῖοι παχεῖαν δραχμὴν ἔκάλεσν. Aeginæam drachmam Attica fuisse majorem, decim enim adpendebat obolos Atticos, quam Atheniensēs drachmam crassam nominabant.

Ex quo consequitur, obolum Atticum ad Aeginæum fuisse in ratione 10 ad 6: Ex eodem vero Polluce pag. 1034. obolum communem, quales sex item drachma Attica habebat, constat valuisse æreos numos octo: Οἱ μέντοι ὄβολὸς διπτὸς χαλκὺς εἴχε. Quare ob proportionem jam indicatam Aeginæi oboli argentei pretium æquabunt chalci seu numi ærei XIII cum triente. Atque hoc ipsum ab Romanis jam Syracusarum dominis suis numeralibus characteribus Græcæ inscriptioni adjunctis indicatum fuisse mihi est persuasissimum ita quidem, ut per tria puncta, facta forsitan modica

modica valoris diminutione, quadrantem significaverint etiam.

Neque enim quis existimaverit, monetarios Latinos granorum numerum indicare voluisse, cum quod numus integerimus granum amississe non poterat, & præterea sine significatione manerent tria illa puncta, tum quia Romani in moneta argentea nunquam pondus, sed in omnibus valorem respectu æneæ signaverunt. Confirmatur præterea ex hac præclarissima litra, non solos Agrigentinos, sed Syracusanos etiam drachma παχεῖα Aeginetarum fuisse usos.

## TAPHIÆORUM.

Caput muliebre. )( ΤΑΦΙΑΙ. *Taphiæorum.* Clava, cui caduceus inpositus, intra quadratum, ut conjicio, cuius unum latus ramus facit, infra dubiis nonnihil literis ΔΤΟ. Tab. II. N. 8.

Taphiam, Taphum aut Taphiusam, omnia enim hæc nomina habuerat, insulam esse Teleboidum ad Leucadem scivimus ex geographis, neque tamen ullam ejus monetam proferre potuit Gesnerus, abest item ex conlectione Inl. Arigonii, magis fortuna meo museo benigna fuit, ex quo minoris hunc formæ numulum cælaturæ perelegantis profero. Ad utriusque partis explicationem materiam mihi subgerit Apollodorus *Bibl. L. II. c. 4. pag. 89.* ubi dum Persei genealogiam persecutus, Mestoris etiam inter filios meminisset, subjicit: Εν δὲ Μίδορος, καὶ Λυσιδίους τῆς Πέλοπος Ἰπποδόν· ταύτην ἀρπάσας Ποσειδῶν, καὶ κομίσας ἐπὶ τὰς

T

Εχ-

*Εχινάδας νῆσος,, μίγνυται, καὶ γεννᾷ Τάφιον, ὃς ὡκισε Τάφον, καὶ τὸς λαὸς Τηλεβόας ἐκάλεσεν, ὅτι τηλεῖ τῆς πατρίδος ἔβη. Ex Mestore, ac Lysidice Pelopis filia Hippotboe nata est: Hanc Neptunus cum rapuisset, deportatae in Echinadas conseruit, atque ex ea Taphium genuit, qui in Taphum colonia dicitur, incolas Teleboas, quod procul a patria iherit, nominavit.*

Videtur ex hac narratione Taphius nomen insulæ inpositum, an vero quoad omnia fides adhibenda Apollodoro, hæsito, cum in Strabone L. X. pag. 459. legam: Αἱ δὲ τῶν Ταφίων νῆσοι, πρότερον δὲ Τηλεβόων, ὡν ἦν καὶ οἱ Τάφοι. κ. τ. λ. Taphiorum vero insulæ, ante dictæ Telebarum, quarum una fuit etiam Taphos &c. præcipue, quia idem pag. 461 scribit: Φασὶ γὰρ τὰς Ταφίαςτε, καὶ Τηλεβόας λεγομένες ὄμεν τὴν Ακαρναίαν πρότερον. Ajunt, Taphios & Telebos dictos principio Acarnaniam tenuisse. Et scholia Apollonii ad L. I. v. 747. οἱ Τάφοι νῆσοι ἔσι μία τῶν Εχινάδων, ὡν ὡκισαν Τηλεβόαι, οἱ πρότεροι τὴν Ακαρναίαν οἰκέντες. Taphos una Echinadum, quam Teleboæ incoluerunt, qui prius Acarnaniam habitaverant.

Si ex Acarnania suos colonos adcessivit Taphius, profecto nequaquam τηλεῖ a patria recesserunt, atque si ante Telebarum insulæ nominabantur, neque adcessere hos potuit; nodum hunc extricet, qui volet, mihi id non est otii, contentus sum, me in Apollodoro Hippothoen nympham Taphii matrem reperisse, cui elegans anticæ partis caput probabiliter adscribam. Ad epigraphen & signa in postica parte cælata proprio.

Quod illam concernit et si fatear, inferiore parte num i aliqua literarum vestigia deprehendi, atque forsan ΔΥΟ, quod initium nominis magistratus erit, folius Plinii, & Stephani scribendi ratio optime cum vetere meo monumento consentit, etenim ille *L. IV. c. 19. pag. 207 & seq.* Inter Leucadem autem & Achaiam permultæ, quarum Teleboides, eademque Taphiæ ab incolis ante Leucadiam adpellantur, Taphias, Oxiæ, Prinoessa &c. Stephanus vero: οὐσι καὶ νῆσος ἀπὸ τριάκοντα σαδίων Ταφιας καλεμένη. Est etiam insula triginta stadiis (a Cephallenia) distans Taphias nominata.

Clava & caduceus nullo quidem negotio ad cultum religiosum Herculis, & Mercurii adipicaretur, nisi aptius aliquid, quia Taphios magis adtinens, indicatus supra Apollodorus subpeditaret *L. eodem pag. 90 & seq.* Ἡλεκτρύονος δὲ βασιλεύοντος Μυκηῶν μετὰ Ταφίς (arbitror Τάφιον, quippe Pterelaus filius Taphii) οἱ Πτερελάς παιδες ἐλθόντες τὴν Μήσορος ἀρχὴν τῷ μητροπάτορι ἀπίτεν, καὶ μὴ προσέχοντος Ἡλεκτρούνος ἀπίλαυνον τὰς βόας. *Ad Electryonem autem Mycenis post Taphium imperantem Pterelai filii profecti, ab eodem Mestoris regnum jure avi materni repetebant, hic cum eorum postulata negligeret, illi ejus boves abegerunt.*

Narrat deinde prælium inter Electryonis & Pterelai filios commissum, in quo omnes ex utraque parte interierunt, præter Electryonis filium Licymnium, quod admodum puer erat, & Everem Pterelai, qui naves adservabat, Taphios, qui fuga evaserant, vela fecisse, atque abaetas secum boves Polyxeno Elienium regi commendasse; Amphitryonem vero redemtarum a Polyxeno vaecarum reductionem Mycenas suscepisse, hoc in actu subjicit: μίας ἐκθρόγεστης Αμ-

φιτρύων ἐπ' αὐτὸν ἀφῆκεν ὁ μετὰ χεῖρας εἶχε ῥοπαλον, τὸ δὲ ἀποχεθέν ἀπὸ τῶν κερατῶν εἰς τὴν Ελεκτρυονος κεφαλὴν ἐλθόν ἀπέκτεινεν αὐτόν. Earum una cum auferget, in ipsam Amphitruo, quam tum manibus forte gerebat, clavam jecit, bac vero a vaccæ cornibus repulsa, atque in Electryonis caput inpaeta ipsum occidit.

Si odium illud, quod perdurasse has inter familias etiam deinceps, conmemorat Apollodorus, perpendimus, existimo, Taphiæos potuisse ex vetusta sua historia ipsum cædis instrumentum, quod velut per prodigium ultiорibus bonæ causæ, diis serviebat, suo in ære signare, qui Pausaniam, alios de simili numinum vindicta legerit, conjectiōnem meam improbare vix poterit, ramus adjectus profecto aliquid commodi de hoste relati indicat; vereor, ne ingenium monetariorum Taphiæ nimis expeditum, politumque effingam, si suspicionem injicio, ob primam expeditionem, qua vaccæ abactæ, ad Mercurium, qui boves Apollini aliquando subripuerat, eos respexisse, velut hujus numinis præsidio res tam feliciter peracta fuisset, ut caduceo in ære signato, ipsum hoc beneficium in moneta cælatum voluerint.

## TEGEATARUM.

Editi primi Tegeatarum numi post illum Haymii cum Alei regis capite gloriam Inl. C. Cristiani superiore anno abstulerat, neque minus tamen felicem me reputo, qui numero vincam, etenim vix intellexerat Inl. Savorgnanus, me eodem autumno, quo tomus primus prodigerat, manum alteri tomo Haymii admovisse, misso gemini, sed integer-  
rimi

rimi numi ectypo monuit, Haymum emendarem ex suo, qui nempe non viderat, a puella vas sublime teneri, tripodem item monogrammati substituerat, denique Martis manui galeam inseruerat; et si haec Viri eruditissimi solicitude tardius mihi innotuerat, labore nempe eo jam peracto, ut ad Alei numum pag. 3. Not. I. indicavi, jucundissima tamen non solum fuit, sed utilissima præterea, quippe præter illud ectypon fex alia submiserat, quorum quinque ordine hic subjiciam.

I. Caput galeatum juvenile. )( ΤΕΓΕΑΤΑΝ. *Tegatarum.* Cerva Telephum lactans, in area eadem duæ monogrammata, quæ in Alei regis numo. *Tab. III. N. 9.*

II. Caput galeatum matronæ. )( Epigraphe & monogrammata eadem. Minerva galeata stans s. hastam, d. aut protrahit aut inponit aliiquid vasi a puella adstante sublato. *Tab. III. N. 10.*

III. Caput laureatum Apollinis, aut Dianæ. )( ΤΕΓΕ. typus similis, in area IE. *Tab. III. N. 11.*

IV. Caput galeatum matronæ. )( ΤΕΓΕΑ. Mars nudus gradiens d. ensem s. scutum, intra pedes solitum Arcadum monogramma. *Tab. III. N. 12.*

V. Caput muliebre. )( Epigraphe eadem. Minerva gradiens d. elata, s. scutum, defluente, ut videtur, utrinque ex humeris strophio. In area duo monogrammata alia. *Tab. III. N. 13.*

Etsi sola tot ejusdem urbis anecdotorum numorum recensione magnam jam apud antiquarios gratiam me conjecturum sciam, paucula tamen, ubi opus fuerit, atque res tulerit, fere ad singulos adnotabo. Primi partem aversam jam ita pertractavit Inl. C. Cristiani, ut, quod addam, non habeam, nisi observatione digna esse ambo monogrammata, quorum superius primas nominis Arcadici literas connexas habet; inferius illi simile, quod in Milesiorum monetis obcurrit, quid hic fibi velit, adhibita diuturna meditatione, inquisitioneque, fateor me adsequi non potuisse. Caput illud Telephō jam adultiori, quam Cereri Corythensi adtribuere malo.

De capite galeato numi II. inferius ad numisma IV, in quo simile est cælatum, differam. Ad partem aversam, in qua eadem monogrammata areæ insident, illud observo, videri omnino signum Aleæ Minervæ huic simile fuisse, cum in quatuor numis invariatum repræsentetur, atque in eo pene sum, ut existimem, ipsam puellæ statuam ita adstitutam fuisse, ut per hoc velut adtributum Aleæ effigies ab aliis, diversique cognominis Minervæ signis dignosceretur. Video, mihi reponi posse, Pausaniam *L. VIII. c. 47. pag. 695.* aram deæ a Melampode erectam minute describere, meminisse Rheæ & Oenoës nymphæ parvulum Jovem tenentium, aliarumque statuarum ipsa in ara constitutarum, nihil vero de nostra puella σπευοφόρω, contra vero eodem loco scribere: Ιεράται δὲ τῇ ΑΘηνᾶ παῖς χρόνον ἐν οἴδι ὅσοντινα, πρὶν δὲ ἥβάσκειν καὶ πρόσω, τὴν ιεροτύνην. Sacerdotio deæ fungitur puella, quam diu vera, nescio, id teneo, eam, ubi pubertatem adtigit, se abdicare.

Præstabit ergo, inquiet aliquis, hanc icunculam cum Haymio pro ipsa puella, quæ tum sacris faciundis præfecta erat, haberi. Neque ego sacerdotem hic designari negavero, vivam illam, quæ tum, cum numus flaretur, munere fungebatur, repræsentari, id inficiar. In Alei numo puella vas sublime gerit, velut aliquid a Pallade acceptura, in tribus, quorum ectypa intueor, atque in eo, quem N. 10. exhibeo, dea aliquid aut protrahit, aut quod veri similius, vasi inponit, quivis videt, ejusmodi actum inanimi statuæ nequaquam convenire.

Quare existimo, priscam aliquam hic subefesse fabulam, qua diditum erat, deam primæ forsitan sacerdoti se ita spectabilem dedisse, atque aliquid ad sacra pertinens eidem largitam esse, quod Minervæ beneficium ipso in monumento conservatum fuerit. Pausaniæ silentium facile concilio, dearum nempe solum statuas aræ inpositarum enumerare voluit, frustra arbitratus de icuncula sacerdotis mentionem facere, quam Aleæ semper adstitutam passim omnes noverant, eo omnino modo, quo quis signum equestre sancti Martini, Posonii ex ære positum, commemorans, de subjecto mendico taceret.

Ad numum III. nihil peculiare, quod adnotem, habeo, nisi adesse depictum numum aliud, hujus in postica similem, in cuius area Λ eo loco, quo in præsente IE, comparet; fateor, Λ quidem Lacedæmonios aliquamdiu Tegeæ dominos indicare videri potuisse, nisi moneta præsens IE exhiberet. Mea ex sententia præstabit interim ignorantiam fateri, quam hæc elementa vel ad numerorum characteres, vel ad nominum magistratu functionum

rum initia referre , non hoc , quia hæc nusquam una litera tam vage indicantur , non illud , quia epocharum monetae inscribendarum usus nullus non solum apud Arcades , sed alios etiam Peloponnesi incolas est deprehensus.

Numus IV. in adversa parte caput simile representat , quale numo II. vidimus , Marpeffæ illud Tegeatidi matronæ cognomento viduæ , cuius etiam scutum in templo Aleæ adpensum *L. VIII. c. 47. pag. 695.* commemorat Pausanias , quam optime tribui posse existimo , cuius enim clypeo is honos inter memoratu maxime digna anathemata est habitus , ejus profecto in publica moneta galeatum caput cælari poterat . Tegeatidum facinus in bello contra Lacedæmonios , quia ex Pausania jam indicaverat Haymius *T. II. edit. Lat. p. 6. Ital. pag. 5.* repetere hic nolo , id dolet , eum de Marpeffâ nullam mentionem facere , quare , quod Haymius omisit , subpleo .

Narrata seminarum subita ex infidiis eruptione tam felice , ut in fugam versi fuerint hostes , subjungit Pausanias *C. 48. pag. 697.* Μαρπίσσαν δὲ τὴν χήραν σύνομα ζοι μέρην ὑπερβαλέθαι τῇ τίλμῃ τὰς ἄλλας γυναικας . Virtute quidem feminas anteivisse ceteras prædicant Marpeffam , cui Viduæ cognomen erat . Occasione hujus heroidis Haymii conjecturam , qua in numo Alei Martem Γυναικοδονταν representari censuit , corrigendam esse arbitror , placidus nimium Mars ibidem exhibetur , neque etiam ejus de quo loquimur , signum in templo Aleæ adstiebat , teste Pausania , qui ibidem : Εσι δὲ καὶ Αρεως ἄγαλμα ἐν τῇ Τεγεατῷ ἀγορᾷ τέτο ἐκτετίπωται μὲν ἐπὶ τῇ σὺλῃ , Γυναικοδονταν δὲ ἴνομάζεσθαι . Est etiam in Tegeatarum foro Mar-

tis-

*tis signum pilæ insculptum, Gynæcothænes nomine.* Illud ipsum quod speciem in hostes ruentis præfert nostro in numo Marpeſſæ capiti ita conjunctum existimo, ut se ambo typi mutuo conprobent.

Postremi numi caput, et si sine galea sit, eidem probabilius heroidi adscribi poterit, nec enim vel vultus linamenta deæ alicui congruunt, nec minimum etiam adtributum se objicit, ex quo conjectura capi posset; Quia Minerva Alea suam semper cum vase pueram, ut vidi mus comitem habet, atque ne minimum bellum spirat, typus aversæ pro Minerva Poliatide explicari poterit faciem præferente Pausania loco superius indicato pag. 696. Τεγεάταις δέ ἐσι καὶ ἄλλοι ιερὸν ΑΘηνᾶς Πολιάριδος ἐκάστος δέ ἀπαξ ἔτες ιερεὺς ἐς ἀυτὸν ἐισεῖσθαι τ. λ. Habent aliud Tegeatæ templum, in quod singulis annis semel duntaxat sacerdos mas ingreditur: propugnaculi templum id nominant &c. cum quo nomine fane gestus pugnantis optime consentit; ceterum si quis ipsam Marpeſſam in Lacedæmonios ruentem cælatam velit, non multum repugnabo.

## PHENEATARUM.

Caput, ut videtur Proserpinæ monili, & inauribus ornatum )( ΦΕΝΙΚΟΝ. Phenicum. Taurus stans, intra pedes II antiquum. Tab. III. N. 14. Quinque ad id tempus non editos Peloponnesi numos sua in adpendicula in lucem produxerat C. Cristiani scilicet Eleorum, Thuria tarum, Thyreatarum, Messeniorum, Tegeatarum; de Eli de, Messenia, Argolide, & Arcadia etiam optime meri tus,

nus, quæ regio triste hoc fatum haec tenus habuit, ut ejus monetæ, si communi gentis nomine signatas, & Stymphaliorum excipimus, omnes antiquariorum oculis se subduxisse videri possent, nulla nempe apud Gesnerum depicta, duorum Frœlichius *Notit. Elem. Num.* pag. 85. obiter meminit in catalogo nempe urbium his verbis: ΦΕΝΕΩΝ, vel ΦΕΝΕΑΤΩΝ Arcadiæ Pheneum adscripto etiam nomine ΑΡΚΑΣ. deinde: ΦΕΝΙΚΩΝ. *Bos gradiens & Π* (caput muliebre Coll. Acad. Vindob. argenti parvi, Pheneo Arcadiæ tribuo.

Mira sane hic inscriptionum varietas; ubi primum numum cum epigraphe ΦΕΝΕΩΝ viderit Frœlichius divinare non possum, alteram ex Harduino hausit, qui duos numos imperiales ita inscriptos profert, quia tertius numulus mei simillimus videbatur, si unam literam excipimus, aditum est ipsum museum Granellianum, comprehensumque, ut in meo nequaquam ΦΕΝΙΚΩΝ, sed ΦΕΝΙΚΟΝ cum antiquo etiam intra pedes Π inscriptum, quæ vocabuli terminatio virum optimum fugerat. Certum mihi est, et si antiquioris formæ Π adest, numum minime eam ætatem spirare, qua Ο pro Ω utebantur Græci, quare alterum hic habemus κτητικὸν, ut superius in numo Aegiensium, an hic subintelligatur νόμισμα, aut aliud monetæ nomen conjicere non possum, si numulus plura quam 42. grana adpenderet, aut constaret, minore libra usos Arcades, Π sub ventre bovis Ηεντωβολῶν satis commode designaret.

Caput anticæ partis Proserpinæ adscripti ob juvenilem vultum, & nimium ornatum, quamvis, si gentis historiam

riam spectamus, Cereri potius Cidariæ conveniret; refert enim Pausanias *L. VIII. c. 15. pag. 630.* ad Pheneatarum agrum etiam deam venisse, eidem sub Eleusiniæ nomine templum extructum, atque mysteria præterea ut in Attica celebrata fuisse, subjungit: prope templum lapides prægrandes duos eminere, quos Petroma nominant, denique prosequitur: Φενεάτων δέ οίδα τὰς πολλὰς καὶ ὄμνύοντας ὑπὲρ μεγίσων τῷ Πετρώματι? καὶ ἐπιθημα ἐπὶ ἀυτῷ περιφερεῖς εἰν, ἔχον ἐντὸς Δίμιτρος πρόσωπον Κιδαρίας. Horum lapidum ea est religio, ut novarim plures, qui super his de maximis negotiis jurent; inposita est illis species aliqua umbellæ, sub qua etiam conservatur imago Cereris cognomento Cidariæ. Arbitror, qui matrem tanta religione coluerant, neque filiæ oblitos fuisse.

Regioni pascuis & pecore abundanti bovis saginati signum optime convenit, talem vero eam fuisse, cum situs, tum alia conprobant. Pausanias *L. VIII. c. 14. pag. 627.* cum paullo ante vallem, per quam Pheneum via fert, fonte in ejus medio orto inriguam conmemorasset, subjicit: Φενεάτων δέ τὸ πεδίον κείται μὲν ὑπὸ ταῖς Καφυαῖς, πλεονάσαντος δέ πότε ἀυτῷ τῇ ὕδατος, καταλυθῆναι φασι τὴν ἀρχαίαν Φένεον, ὡςτε καὶ ἐφ' ἡμῶν σημεῖα ἐλείπετο ἐπὶ τῶν ὄρῶν, εἰς ἣ ἐπαναβῆναι τὸ ὕδωρ λέγεται. Campi Pheneatarum subjecti sunt Caphys, ager hic ab adcrecente aqua ita inundatus fuit, ut antiquam Pheneum submerserit; adhuc hodie in montibus signa monstrantur, quousque aquam pertingisse narrant.

Paucis interjectis: Καφυῶν δέ σάδια πέντε ἀφέσηνται Ορεξις καλεμενη, καὶ ἔτερον ὄρος Σκιαδής ἐφ' εκατέρῳ

δὲ ἐσι τῷ ὥραι βάραθρον τὸ ὕδωρ παταδεχόμενον τὸ ἐκ τῆς πεδίας. Quinque stadiis absunt a Caphyis montes Orexis, Οἳ Sciathis, ad cuius utrinusque pedem altæ sunt fossæ velut aquarum ex vicinis campis defluentium cloacæ. Opus hoc L. stadia longum, XXX. pedes profundum Herculi attribuebant incolæ.

In tanta aquarum abundantia quis lætissimum gramen provenisse dubitet pro omni pecorum genere? Rem conprobat ipsum Ulyssis consilium, qui ut suas vaccas in continente Ithacæ objecta, ita equarum armentum apud Pheneatas pasci volebat. Pro minoris pecoris gregibus facit statua a Pheneatis Jovi Olympio dedicata, de qua idem L. V. c. 27. pag. 449. Ο δὲ Ερμῆς ὁ τὸν κριὸν φέρων ὑπὸ τῆς μαχάλης - - - - - ὑπὸ δὲ Αρκάδων ἐν Φενεῇ δέδοται τῷ Θεῷ. Mercurius vero arietem sub ala portans - - - Arcades ex Pheneo deo dedicaverunt. Atque hæc de numis suis urbibus certo, aut probabili conjectione attributis.

Sepositos quiescere sinebam dubios, & ignotos, dum nempe diu desiderata, atque frustra quæsita editionis occasio se daret, facile tum velut calones in extremum agmen conjiciendos; Interea sub hiemis exitum nostram in urbem ad principem Kaunizium advenisse tres, quos adeo metuebam, Parisinos tomos intellexi, quare illico vidi, ut per amicum eorundem inspiciundorum mihi copia fieret, boni superi! quantum ad tantum selectissimorum numerum numerum hæsi, quales nunquam uno velut missu in lucem prolati sunt.

Quam-

Quamvis præventus eram, gratulari debebam rei numerariæ veteri tam insignem adcessionem, non paucas cum meas, tum Ilgneri mei monetas his velut obstetricibus e tenebris erui, placuere quam plurima, atque illud præcipue monetas provinciarum ordine esse dispositas, illud doluit, mappas geographicas, quibus adcuratis caremus, omissas esse, idque eo magis, quo facilius Academia scientiarum sororiam hic operam obferre potuisset.

Ubi librum adtentius percurri, etiam de eo mihi gaudebam, Inl. C. Cristiani ante numos aliquos edidisse, ut Alexandriæ Troadis, qui Tom. II. Tab. LII. N. 14. Damastri, qui Tom. I. Tab. XII. N. 6. & 7., Cassopes, qui ibidem N. 10., Megaræ, qui Tom. I. Tab. XXIII. N. 24., Messenes, qui ibidem Tab. XVIII. N. 7. & 8., Stratoniceæ, qui Tom. II. Tab. LXVIII. N. 53., exhibetur. Omisi de industria numos Thuriæ, cuiusmodi Tom. I. Tab. XII. N. 4, Thyreæ, qui Tom. I. Tab. XXV. N. 26, Tegeæ, qui Tom. III. Tab. C. N. 59 ab anonymis Gallis repræsentati, prius ab eodem meo discipulo præclaro suo commentario suo quivis oppido fuerunt adscripti.

Omisi, inquam, hos, quia hinc liquet, adpendiculam nostram, quam tamen Parisios eum in finem miseram, ad virorum eruditissimorum manus non pervenisse, neque enim alias ita, ut mox ostendam, prolapsuros fuisse veri quam maxime studiosos, cogitari potest; Eundem Thuriatarum numum, de quo C. Cristiani pag. 36 Buthroto adtribuerunt Tom. I. pag. 80., præstisset fane hunc inter ignotos referre, cum ipsi fateantur, *qui n'a de bien lisible, que les lettres BOY dans le champ a la gauche avec le nom*

*de magistrat. ΝΙΚΩΝΤΜΟΣ.*; in nostro, in quo non solum idem adest magistratus, sed reliqua omnia sunt gemina, ΘΟΤ. quam certissime legitur, neque suspicionem esse posse aliarum præterea literarum, & Ilgnerianus, & tres integerrimi musei Marchionis Savorgnani, hac de re consulti, conprobant, ex quo consequitur, etiam primam literam fuisse ita male adfectam, ut facili lapsu Θ pro B legeretur.

Thyreæ numulum sane singularem exhibuerat C. Christiani *Tab. I. N. 9.*, atque ex hoc ipso *pag. 41.* & seqq. nervosis argumentis Haymianum etiam Thebis eripuit; Galli antiquarii ejusmodi, qualem fere Haymius ediderat, *pag. 157.* Thespiis adjudicaverunt ob muliebre caput simile in ejusdem urbis monetis, verum existimo, signa aversæ partis cum monogrammate Argivorum, atque duobus luporum capitibus facile qualecunque illud a feminei capitis cultu petitum momentum eversura fuisse, si editores Ilgnerianum numulum præ oculis habuissent.

Depictum Tegeæ numum *Tab. II. N. 13.* laudatus juvenis antiquarius *pag. 79.* Arcadiæ adsignavit, Telephumque a cerva lactatum in aversa cælavisse monetarios, docte evicit. Scriptores anonymi eundem in Cretam abstrahunt invito toto regno animali; persuaferat illis hoc artificii similitudo cum numis Cydoniatarum, in quibus Miletus a lupa lactatus repræsentatur.

Fateor cælaturæ rationem parem multum efficere, si alia adjuncta non obsistunt, verum hic colli curvatio, crurum altitudo, & postremorum flexio, cauda, quæ male in

in Gallico opere est depicta , si cum nostris conparetur , uberum situs diversus , quæ noster Telephus inter postremos pedes querit , cervam sane luculenter conprobant ; utque adversam conjecturam omnino jugulem , opus erit solum numum I. Tegeatarum , de quo pag. 149. & seq. egeram Tab. III. N. 9. depictum intueri , nemo etenim duobus monogrammatis refragari poterit , et si etiam cerva minus scite scalpta fuisset , quod tamen sine monetariorum injuria dici nequit .

Monuerant eruditi Galli ad numum Buthroto male adscriptum , epigraphen minus esse legibilem , optasse , ut idem fecissent saepius , aut saltem literarum vestigia , aut suspicionem , ut Haynius præstítit , in scalptis imaginibus indicassent ; hujusmodi aliquid se dat Tom. I. pag. 46. profertur ibidem numus illorum similis , quos Goltzius Tab. I. depinxit ; ex meo , quem Tab. III. N. 15. cælari feci , hæsito , an satis tuto præter monogramma ex K & P conpositum adversum O. sit lectum , in meo enim , et si corona abest , integerrimum Φ conspicitur , ut adeo hic meus absque dubio Crotone flatus non fuerit , quid enim , si monogramma etiam urbem eam indicaret , Φ denotabit ? nunquam sane magistratus nomen unica designatur litera :

Quid si monogramma illud Cretam , litera Φ Phæstum designarent ? omnia sane belle conspirarent , oppidum hoc nomen suum sola prima litera indicavisse , consentiunt ipsi anonymi Tom. III. Tab. CI. N. 68. 69. , boves in quatuor monetis ibidem conparent , atque N. 65. etiam solum caput ; Hercules , cuius solum caput meus habet ,  
in

in tribus ibidem numis integra statura conspicitur, hæc mea conjectio si obtinet, forsan etiam duo numi *Tom. III. Tab. XCVI. N. 16.* & *18.* non ad Corcyram, sed Cretam potius referendi erunt, nec enim puto, Corcyraeos monogramma suum, quod *N. 14.* & *17.* ibidem videtur, adeo pro lubidine variavisse, quid quod duplicatum illud ex K & P contractis in ejusdem numi *N. 18.* eadem averfa parte scalptum opinionem meam confirmet, id scio, nomen urbis idem non nunquam tam in antica, quam postica parte legi, nunquam vero in eadem bis comparere, etiam monogrammate expressum.

Pari sinceræ lectionis cautela opus fuisse mihi videatur *Tom. I. pag. 195.*, ubi de Aristæo oppido a Plinio indicato Italicum Arigonii errorem, nisi omnia me fallunt, altero Gallico confirmaverunt editores *du Recueil*, vide, quid de hujuscemodi numis ad Cnossiorum monetas *pag. 90.* & seqq. differuerim; manifestum enim est ex cælatura numerorum rudissima numum huncce ab illis non differre, qui ΚΑΡΙΣΤΙΩΝ inscribuntur, quorum plures manibus versabam. Avertere ab hac Italicae sententiae adprobatione debuisset, me judice, ipsum gentile ab Aristæo pessime derivatum ΑΠΙΣΤΙΩΝ; eodem hic argumento utor, quod viri clarissimi adhibuerunt *Tom. I. pag. 148.* contra Frœli-  
chium & me de numo Azetinorum Atticæ adscripto.

Simile σφύλια observavi eodem tomo *pag. 206*, ubi numerus a C. Cristiani inter ignotos propositus ad Chersone-  
sum Tauricam abstrahitur, etenim in integerrimo nostro ΠΑΜ. non ΠΑΝ: legitur. Nihil de pharo aliqua cogitan-  
dum esse, satis intelliget lector ex iis, quæ *pag. 105.* & seqq.  
indi-

indicavi, ubi Aetolicæ urbi Pamphio, juvante Polybio numum vendicavi, profecto in duobus nostris numis signum illud medium ob inferiorem, & superiorem terminum rotundum nec pro columna, minus pro pharo haberi potest.

Tomo II. *du Recueil.* et si in quatuor numis *Tab. XLVI.* N. 67. *ad* 70. Phrygiæ urbem Salam agnoscam, fieri tamen posset, ut mihi ex numo N. 66. proposito quis dicam inpingat, velut ipse minus adcuratus suissem in meo Alienorum, vel Alenorū de quo *Append. pag. 32. & seqq.* tractavi, legendo, excutiendoque; cum pleraque in utroque hoc numo sint gemina, videri poterit alicui, etiam in meo ΣΑΛΗΝΩΝ legi oportuisse, verum literam ante A. certissimo Γ. esse duobus conficio: luculentum punctum non meis solum, sed aliorum oculis, atque ne omnes deciperemur, etiam in ectypo gypseo ex moneta sumto, A præcedit, æquo intervallo a I' separatum; deinde pro sigmate quadrato id haberi non posse antica monstrat, in qua sigmata rotunda, ut in numo Cl. Pellerinii conparent, non ita profecto eodem in numo characteres variavere monetarii.

Diligentiores etiam industrias, aut minorem in pronunciando confidentiam desiderasse ad numum *Tom. II. pag. 155. Tab. LXXI. N. 15.* propositum, atque Seleuciæ Pamphyliæ adscriptum, cervus hic totum negotium conficit, velut Seleucienenses Dianæ Pergææ cultum suum etiam in oppidum traduxissent; Verum miror, eos, qui tam bene in recensione sua *T. I. pag. 148.* numum Azetinorum duabus solum verbis *pag. CLXIX.* indicatum in cimelio Austriae viderunt, non advertisse ad *Tab. XV. N. 19.* ejusdem

cimelii, in qua simillimus exhibetur numus, qui tamen post collum cervi certissimum Λ cum exhibeat, Selgæ æque, quam ex notitiis solum ecclesiasticis notæ Seleuciæ, adtribuendus erat.

Non forsitan solum, ut prudenter dubitant anonymi eruditii *Tom. III. pag. 27.*, moneta *Tab. LXXXIX. N. 2.* depicta, non inquam, forsitan sed certo Chalcidis est Eubœæ, etenim simillimum cum eadem epigraphe ΑΛΟ & ΦΙΛΙΠΠ possidet Cl. Ilgnerus, in quo tamen præterea ad caput obversum distincte legitur ΧΑΛ. Ut hunc non optime conservatum habuerint, ita idem cogitandum est de numo ibidem *Tab. XCVI. N. 19.* repræsentato, quia, ut Frœli- chius *Animadvers. in quosd. numos vet. urb. Florentiæ* recuso *Tab. I. N. 1.* post dorsum satyri pisciculum depinxerunt, in quem cauda satyri mira metamorphosi transivit, nam in meo integerrimo optime caudicula pertenuis erecta tergori hærere videtur, quæ deinde in floccum terminatur, qua extrita sane vitio verti non potest, viris etiam oculatis pi- sciculum objectum fuisse.

Pilosa hæc adpendicula sufficiens, arbitror, erit testi- monium, nimium censuram suam præcipitavisse autores Gallos, dum *pag. 58.* ita scribunt : *Mais la figure re- présentée - - - n'est pas un satyre, comme il a pensé. C'est un homme nud, qui n'a pas les pieds de chevre ; præser- tim, quia ad numos Arcadicos *Tom. I. pag. 135.* hæc adnotarunt : Il est à propos d'observer, que sur les médailles, qu'on vient de rapporter, Pan est représenté sans pieds de che- vre, & sans barbe - - - - - il n'en doit être cherché d'aut- res raison, si non que les différents peuples le figuroient de dif- férente manière suivant les idées qu'ils s'en étoient formées;*

quia

quia Silenum nemo caudatum viderit; idem sane judicium pro satyro de Corcyrae nigræ incolis formari potuisset.

Neque alter numulus cælaturæ simillimæ eripi debet parvæ huic insulæ ob Victoriae signum, et si enim solam bellum gesisse vix probabile esse libenter concedo, an non Illyricis regulis foederata, horum tropæa celebrare poterat? Denique scio, argumentum Frœlichii petitum a solo Delmatico, ubi inventi fuerant, parum probare, si de uno, alterove alicujus urbis numo agitur, contra non vulgaris tam, præcipue si cælaturæ sunt diversæ a monetis controversæ alterius urbis, ut in præsenti casu, non vulgaris tam, inquam, esse ponderis, ubi magna copia ejuscemodi monetæ simul eruuntur, cujusmodi magnus numerus utriusque typi, nempe cum satyro & Victoria a tirone antiquario hoc anno explicandus Labaco mihi submissus erat, ut citra dubium in eodem, ut ita dicam, nido deprehensi fuerint.

Numum, quem *Tab. CIII. N. 1.* repræsentatum *Tom. III. pag. 81.* Lesbo adtribuunt antiquarii iidem, inter ignotos edere decreveram ante, quippe similem apud civem hujatem tractavi, cuius etiam ectypon exhibeo *Tab. III. N. 16.*, atque id quoque post lectos Gallicos commentarios non sine ratione. Fateor, ubi primum obiter monetam hanc vetustam argenteam adspexi, Lesbi insulæ venisse in mentem, verum cum nullus in hac Lesbiacus congressus indicetur, ad ignotos rejiciendum numum censui, ubi tamen nimis confidenter eum Lesbo adtributum vidi, monendum censui, in hoc nostro literarum luculenta vestigia se in peripheria ostendere, quæ dimidia sui parte suadarent O'IIA.

aut ΟΥΙΑ legendum, id aliorum etiam judicio certum, nunquam ex residuis elementorum pēdibus Lesbi nomen extundendum, ut adeo Thessaliæ, ubi centauri domestici, atque istiusmodi prisci commatis numi reperiuntur plures, aut Ατολιæ eum judicare adscribendum, fabulamque Nefsi cum Deianira per Evenum portata exhiberi.

Alium ad classem incertorum rejectum deprehendi *T. III.*  
*Tab. CXVII. N. 10*, minus eum conservatum habuerit mu-seum Pellerinianum, in meo enim ΓΕΛΑΔΗΣ distinctissime legitur; ita tamen, ut duæ vel tres literæ præcedant, quæ AP vel AIP, postremo elemento certissimo, nomen AP vel AIPΓΕΛΑΔΗΣ conficiunt; scio, ad urbis determinationem nihil me hic quidem iam contribuere, novi tamen ejuscemodi sportulas aliquando prodeesse posse, quem in finem numum etiam depingi feci *Tab. III. N. 17.*

Postremum non parvo dubio angor, an numus *Tab. CXXIII. N. 16.* in subplemento relatus, bene lectus fuerit, atque Salentinis Messapiæ adscriptus, qui quoad omnia simillimus est numi ΚΑΛΑΚΤΙΝΩΝ Siciliæ ab iisdem autoribus Gallis *Tab. CIX. N. 33.* depicto, antica scilicet parte Palladem referre videtur, postica bubonem diotæ eversæ insidentem; scrupulum dubitationi injicit, præter facilem deceptionem, qua Σ pro K, secundum vero K pede inferiore extrito pro N legi poterat, ipsum silentium antiquariorum Parisinorum, qui ne minimam rationem reddunt, aliquo coloniæ, aut foederis vinculo duas has urbes junctas fuisse.

Et

Et sane contrarium potius scriptores veteres conprobant, de Salentinis ita Strabo *L. VI.* pag. 281. Τοὺς δὲ Σαλεύτινους Κρητῶν αποίκες φασίν. *Salentinos Cretensium esse colonos* ajunt: Calactes conditorem prodit Diodorus Sic. *L. XII.* exulem Corinthi Deucetium; Προσπομπάμενος χρητιμὸν ὑπὸ τῶν Θεῶν ἐαυτῷ δεδῆθαι, πλίσαι τὴν καλὴν ἀπὸν ἐν Σικελίᾳ, καλέπλευσεν εἰς τὴν νῆσον μετὰ πολλῶν οἰκιστόρων. *Eiēto prætextu dati sibi a diis oraculi, ut pulcrum acten (seu littus) in Sicilia conderet, cum multis colonis trajecit in insulam.*

Subjicio ignotos reliquos mei fere numophylacii, quos sane mirum est, tantæ conlectioni elapsos esse. Qui tabulam *III.* claudit *N. 18.* linearī pictura expressus, caput, ut videtur, nudum exhibet, circa quod in orbe numi extimo literarum vestigia esse suspicor; pars aversa de singularibus est, ferram aliquam, aut repagulum claudendis portubus refert, nullius hinc epigraphes indicium plana area prodit; serviet hic numus forsitan eruditis Inl. Caylus observationibus. Ut ne quid taceam, crassiusculus est, atque drachmas *IV.*, grana *30.* quam proxime adpendit, aliqua etiam ratione Hetruriam redolere videtur.

Paucos Hetruscos, aut Hetrusca lingua inscriptos proulerunt præclarri compilatores *du Recueil*; academici Cotonenses, ut alia optimis commentariis persecuti sunt, ita numeros suæ gentis fere neglexerunt hactenus, atque hinc est, potuisse me unum aliquem ex museo conlegii regii Theresiani *Tab. IV. N. 1.* indicare, quem nusquam editum reperi; in antica caput Mercurii, ut videtur, repræsentat satis nitide, verum literarum vestigia, quæ in orbe a collo

ad frontem se porrigunt, nullam, ut ita dicam, medicam manum admittunt: pars aversa Pegasum bonæ cælaturæ in posteriores pedes adsurgentem repræsentat, infra cujus ventrem tripus: in infimo monetæ segmento incerta tamen prima, quam in pictura indicavi, litera, hæc a dextra ad sinistram certo leguntur integerrimis characteribus: ENTEI  
--- prima, quæ mutila est, litera pro A aut II Hetrusco haberi fere posset. Jucundissimum mihi erit, si a quopiam, qui magis integrum possidet, numi lectionem edoctus fuero.

Numus II. *Tab. IV.* musei mei nullo quidem vitio est affectus; adtamen, quia unica litera nomen loci indicat, fluctuare antiquarium finit. Antica caput galeatum virile perita manu scalptum objicit sine epigraphe, postica duos fibi adversos delphinos habet, inter quos in media area solum P. Quid mihi in mentem venerit, pandam; quia, ut optime observarunt Galli antiquarii, insulæ fere paucis, & saepe unica solum litera nomina sua signaverunt, atque delphini optime loco mari circumfluo congruunt, eum Rhenæ parvæ ad Delum insulæ adtribui posse existimavi, dum certior aliqua lux adfulgeat; stabiliverunt hanc meam conjectiōnē Deliorum numi, quorum aliqui officinam etiam per solum Δ adnunciant.

Deterior est conditio trium consequentiū: *Tab. IV.* N. 3. in adversa parte caput Jovis laureatum habet, infra collum duæ conparent dubiae literæ nempe vel EM. vel PH. in aversa bos currens videtur paullo aliter, quam in Aradiorum numis, superiore numi parte quinque lineæ rectæ sine omni fere nexu lectiorem admodum intricatam redundat, ut ex cælata imagine lector ipse observabit. Ad col-

collum bovis KA conjungendum videtur cum inferiore ΜΙΛΟ. aut ΜΙΔΩ, quid si solum magistratus nomen hac parte exprimeretur: ΕΠΙ. ΑΡΙΣ. ΚΑΜΙΛΟΤ?

Qui N. 4. depictus est, muliebre caput lauro coronatum objicit fine epigraphe, in postica duo diversæ formæ sunt hastarum pila, penes quæ versus orbem numi, hinc forsan K, aut P cum K in monogramma contractum, inde E rotundum distinctius videtur. Nihil, quod ad singularē hunc numum adpropinquaret, conspicere me unquam memini. Moneta, quam N. 5. profero, una parte delphinum cælatum habet, infra quem incertarum literarum aliqua suspicio, pars altera magno Π insignis est, in cuius medio aut granum frumenti, aut hastile quale in Polyrheniorum numo Tom. III. du Recueil Tab. C. N. 49. exhibetur, ad quam urbem forsan etiam Π referri posset.

Numulum N. 6. eadem tabula cælatum postremo loco reservaveram, non quod certius aliquid erui, sed quod errorem saltem iam inde a Goltzii ætate a nemine impugnatum detegere possum. Protulerat hunc primum Goltzius Tab. XXVI. N. III. cum epigraphe ΚΤΡΙΕΩΝ. Nonnius in commentario eum Curio Cypri oppido adtribuit, caputque Veneris esse censuit. Pluribus singulare libro de eodem disputavit Cl. Begerus, ubi monetam Cypro erectam, ita Ætoliae adscribit, ut caput ipsum provinciæ effigiem, aves meleagrides esse contendat.

Duo hic miror plurimum, primum: Virum eruditum tam cœco obsequio fidem Goltzio habuisse, ut de sinceritate lectionis ne minimum dubitaret; alterum, nullum hujusce-

juscemodi numum in ditissima Pellerinii gaza fuisse repertum, cum tamen Vindobonæ tres viderim, unum in museo collegii academicæ, meum alterum, tertium in numophylacio amicissimi Ilgneri, quem etiam hic depingi curavi.

Dolendum sane primi epigraphen legi non posse, sicut mei etiam, in quo et si signa optime servata sunt, area tamen numi superior adeo densa viridi crusta obtecta est, ut tenues literæ ne minimum adpareant. Felicior est Ilgnerianus, in quo supra caudam primæ aviculæ distinctissime OT. aut OT. fine præcedente litera alia, cum numi orbis punctulis sit cinctus, supra alterius TE, aut TS legitur, nullo omnino aliarum inter utrumque caput, aut in area literarum vestigio; quia proinde primum elementum K esse nequit, alia item non consentiunt, patet & hallucinatio Goltzii & inanis Begeri labor, quo quia meum per hanc adpendiculam utiliorem fuisse spero, divæ Monetæ hilarius litandum est hodie.

F I N I S.






























SPECIAL

84-B

8627

v.2

